

**ADVERTIMENT.** L'accés als continguts d'aquesta tesi queda condicionat a l'acceptació de les condicions d'ús estableties per la següent llicència Creative Commons:  [http://cat.creativecommons.org/?page\\_id=184](http://cat.creativecommons.org/?page_id=184)

**ADVERTENCIA.** El acceso a los contenidos de esta tesis queda condicionado a la aceptación de las condiciones de uso establecidas por la siguiente licencia Creative Commons:  <http://es.creativecommons.org/blog/licencias/>

**WARNING.** The access to the contents of this doctoral thesis it is limited to the acceptance of the use conditions set by the following Creative Commons license:  <https://creativecommons.org/licenses/?lang=en>



## Tesi Doctoral

2021

*CONQUESTA, REPARTIMENT I  
ORGANITZACIÓ MILITAR DE MALLORCA.  
Els cavalls armats (1229-1350)*

Volum II de II (Apèndix documental)

Plàcid Pérez i Pastor

Programa de Doctorat: Cultures en contacte a la  
Mediterrània

Departament de Ciències de l'Antiguitat i de l'Edat mitjana

Director:

Antoni Virgili Colet

(Universitat Autònoma de Barcelona)

Tutora acadèmica:

Helena Kirchner Granell



## **APÈNDIX DOCUMENTAL**

Aquest apèndix documental inclou tots aquells instruments que he considerat essencials per al desenvolupament i la comprensió del present treball; mentre que m'he limitat a fer un regest més o menys extens del contingut d'aquells que he estimat secundaris o accessoris. Els documents s'insereixen numerats correlativament per ordre alfàbetic d'Arxius. Només abraça aquells instruments i diplomes que no han estat publicats a d'altres diplomataris, catàlegs, corpus, documentaris, noticiaris, cronicons o reculls documentals diversos que se relacionen en l'apartat “Fonts documentals editades” del capítol de Bibliografia. Inclou, això sí, aquells que presenten errors greus de transcripció en la publicació respectiva. En no tractar-se d'un treball paleogràfic, no he prestat un esment especial a la puntuació de les transcripcions.

## **ARXIU CAPITULAR DE MALLORCA**

### ***Porción Temporal***

#### **Nº 3043. Cúria del bisbe. Extraordinari**

Mallorca, idus juliol 1232 (15/07/1232).- *Manifestum sit omnibus quod nos, Jacobus, Dei gracia rex Aragonum et Regni Maioricarum, comes Barchinone et Urgelli et comitis Montispesulani, cum hac presenti carta per nos et per omnes successores nostros damus, concedimus et laudamus per proprium alodium liberum et franchum vobis dilecto Rotlando Layno et vestris successoribus in eternum alchaream que dicitur Mancor que est in termino de Incha, alchaream que dicitur Benicrexsents que est in termino de Pollença et raffallum Abnelmoxarif qui est in termino de Sancto Laurencio. Item damus vobis et vestris unum furnum in Civitate Maioricarum. Et affrontat de duabus partibus in viis publicis, de tercia et quarta parte in honore prepositi Terrachone. Ita quod de cetero vos et vestri dictas alchareas et raffallum et dictum furnum cum terminis et afrontacionibus suis, cum terris cultis et incultis, cum pratis, herbis, pascuis, aquis, lignis, vineis, arboribus cuiuscumque sint generis habeatis, teneatis, posideatis et expletatis per proprium alodium vestrum ad dandum, vendendum, impignerandum, alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates perpetuo faciendas, exceptis clericis et locis religiosis. Mandantes senioribus, bajulis, vicariis et nostrum locum tenentibus et universis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris statutis et statuendis quod hanc donacionem nostram caram ac firmam habeant et observent et quod in contrario veniant vel aliquem venire premittant si de nostri confidant gracia vel amore.* Datum apud Maioricarum idus iulii anno Domini M° CC° XXX° secundo. Signum Jacobi, Dei gracia regis Aragonum ac regni Maioricarum, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani. Huius rey testes sunt Guillemus de Montecatano, Rodericus de Lizana, Berengarius episcopus Barchinone, Bernardus de Sancta Eugenia, dompnus Otorilia, Nuno Sancii, Gaucerandus de Pinos, Lupus Sancii de Aguilar. Signum Petri de Sancto Melione, scriptoris, qui hec, mandato domini Regis, scribi feci loco die et anno prefixis (ACM. N° 3043. Llibre extraordinari, sense foliar/2).

## *Cabreos, códices y repertorios*

### **Nº 3413. Llibre GROC**

15 calendas desembre 1235 (17/11/1235).- *De donatione qua Bernardus de Sancta Eugenia fecit ecclesie Maioricarum. In Dei nomine pateat universis quod nos Bernardus de Sancta Eugenia per nos et nostros damus et assignamus omnipotenti Deo et ecclesie kathedrali*

*Sancte Marie de Maioricis etc. Actum est hoc apud Barchinonam XV<sup>a</sup> kalendas decembris anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> quinto. Testes R. de Monte etc. Ego Raymundus de Villanova notarius domini electi Terrachone hec scripsi loco, die et anno prefixis (ACM. GROC, f. 1, doc. 54).*

15 calandes desembre 1235 (17/11/1235).- Nos, Ramon Berenguer d'Àger *per nos et nostros damus et assignamus omnipotenti Deo et ecclesie cathedrali Sancte Marie de Maioricis, pro dote et hereditate imperpetuum, decimam partem omnium possessionum et iurium quas et que habemus vel habere debemus apud Maioricas, tam in civitate quam extra. Quam decimam partem preponitus Terrachone vel ille qui eius locum tenebit recipiat in loco competenti et idoneo, habita estimacione et consideracione possessionum sterilium et fertilium, ut sic pro bonitate cuiuslibet possessionis facta estimacione dicta decima pars sorte dividenda pro ut barones inter se a principio divisorunt in loco competenti et idoneo assignetur. Volumus etiam et mandamus quod illi qui per nos ibi aliquid tenent, decimam partem possessionum et iurium quas et que per nos tenent et tenere debent assignent ecclesie Maiorice et tradant preposito memorato secundum formam superius comprehensam. Nos enim hec omnia ex certa sciencia de meo posse ac dominio trahimus et in jus et dominium ecclesie Maiorice transmutamus et cum presenti carta dictum prepositum in corporalem possessionem predicte decime partis inducimus ad habendum, tenendum et perpetuo possidendum, cum terminis, affrontacionibus, ingressibus et egressibus, hominibus et feminis ibidem habitantibus vel habitaturis, et cum omnibus ad nos spectantibus aliqua ratione vel jure, absque aliquo nostro nostrorumque retentu, ut melius dici vel excogitare potest, ad comodum vel utilitatem ecclesie Maiorice et ministrancium in eadem. Testes G. A. de Rubione. Raimundus de Villanova, notarius domini electi Terrachone hoc scripsi loco, die et anno prefixis (ACM. GROC, f. 2, doc. 55).*

Barcelona 15 calandes desembre 1235 (17/11/1235).- *De donatione Montecatani. Pateat universis quod nos Guillemus de Montecathano, per nos et omnes nostros damus et assignamus omnipotenti Deo et ecclesie cathedrali Sancte Marie de Maioricis pro dote et hereditate in perpetuum decimam partem omnium possessionum nostrarum quas et que habemus et habere debemus apud Maioricam, tam in Civitate quam extra. Quam decimam partem prepositus Terrachone vel ille qui locum eius teneat recipiat in loco competenti et idoneo habita extimatione et consideratione possessionum sterilium et fertilium ut sic pro bonitate cuiuslibet possessionis facta extimatione dicta decima pars sorte dividenda pro ut barones inter se a principio divisorunt in loco competenti et idoneo assignetur. Volumus et etiam mandamus quos illi qui per nos ibi aliquod tenent decimam partem possessionum et iurium quas et que per nos tenent et tenere debent assignent ecclesie Maioricis et tradant preposito memorato secundum formam superius comprehensam. Nos enim ex certa sciencia de nostro posse ac dominio trahimus et in jus et*

*dominium Maioricensis ecclesie trasmutamus et cum presenti carta dictum preponitum in corporalem possessionem predicte decime partis inducimus ad habendum, tenendum et perpetuo possidendum, cum terminis, affrontationibus, introitibus et egressibus, hominibus et feminis ibidem habitantibus aliqua ratione vel jure absque aliquo nostro nostrorumque retentu ut melius dici vel excogitari potest ad comodum vel utilitatem ecclesie Maioricis et ministrantium in eadem. Actum est hoc apud Barchinonam XV<sup>a</sup> kalendas decembris anno a nativitate Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXXV<sup>o</sup>. Testes Arnaldus de Rubione etc. Ego Raymundus de Vilanova notarius domini electi Terrachone hoc scripsi loco die et anno prefixis (ACM. GROC, f. 2, doc. 55).*

Tamarit, 16 calandes maig 1237 (16/04/1237).- *De donatione quam Guillema de Claromonte fecit ecclesie Maioricis X<sup>a</sup> parte bonorum suorum. Pateat universis quod nos, domina Guillema de Claromonte, uxor quondam nobilis militis Guillemi de Claromonte, tutrix legitima Guillemi de Claromonte filii et nobis ambobus procurati per nos et successores nostros damus et assignamus omnipotenti Deo et ecclesie cathedrali Sancte Marie de Maioricis pro dote et hereditate in perpetuum decimam partem omnium possessionum et iurium quas et que habemus apud Maioricam, tam in Civitate quam extra. Quam decimam partem prepositus Terrachone vel ille qui locum eius teneat recipiat in loco competenti et idoneo habita extimatione et consideratione possessionum sterilium et fertilium ut sic pro bonitate cuiuslibet possessionis facta extimatione dicta decima pars sorte dividenda pro ut barones inter se a principio divisorunt in loco competenti et idoneo assignetur. Volumus et etiam mandamus quos illi qui per nos ibi aliquod tenent decimam partem possessionum et iurium quas et que per nos tenent et tenere debent assignent ecclesie Maioricis et tradant preposito memorato secundum formam superius comprehensam. Nos enim ex certa sciencia de nostro posse ac dominio trahimus et in jus et dominium Maioricensis ecclesie trasmutamus et cum presenti carta dictum preponitum in corporalem possessionem predicte decime partis inducimus ad habendum, tenendum et perpetuo possidendum, cum terminis, affrontationibus, introitibus et egressibus, hominibus et feminis ibidem habitantibus aliqua ratione vel jure absque aliquo nostro nostrorumque retentu ut melius dici vel excogitari potest ad comodum vel utilitatem ecclesie Maioricis et ministrantium in eadem. Actum est hoc sextadecima kalendas mayi anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> septimo. Ego Arnaldus de Plano qui hoc iussu monasterii Tamariti ecclesie capellani meum signum apositi (ACM. GROC, f. 4, doc. 68).*

Mallorca, 11 calandes setembre 1239 (22/08/1239).- *De donatione quam Nuno Sancii fecit ecclesie Maioricis de decima parte honorum suorum. In Dei nomine manifestum sit omnibus quod nos Nuno Sancii dominus Rossillionis, Vallaspiris, Conflentis et Ceritanie per nos et omnes successores nostros concedimus domino Deo et gloriose beatissime virginis Marie et cathedrali sedi Maioricarum imperpetuum et vobis domino Raimundo Dei gratia inde episcopo et vestris*

*successoribus in eadem sede venientibus, ratione dotationis sedi supradicte nostram portionem in terra de Maioricis tam in Civitate quam extra Civitatem sicut inferius declarabor, videlicet pro hiis omnibus que nunc habemus et tenemus et possidemus tam in Civitate quam extra Civitatem. Et etiam pro hiis omnibus que hactenus aliquo jure vel ratione habuimus, tenuimus vel possedimus aliquo jure vel ratione in eadem Civitate vel insula. In primis vobis assignamus in Civitate omnia statica directa et diruta tam statuta quam statuenda que habemus in Almudayna, excepto illo statico quod jam dedimus beate Marie et suo capellano quem nos ibi statuimus ad deserviendum. In quibus nomina nominorum et nomina dominorum sarracenorum quorum erant. Primum unum hospicium quod fuit Ysse Abnissach, et aliud hospicium quod fuit Labiambran, et alie domus que fuerunt Mahumeti Abenalhag, et alie domus Juceff Abmalchacen, et alie domus que fuerunt Parral, et alie domus Aliayeni, et alie domus Abenboarra, et tres domus in carraria de Sale, et alie domus Aliupachi, et alie domus Jucephi Aliussa Algargui, et alie domus de Saada, et alie domus Dalgargui, et alie domus Almegid, et alie domus Alnaama, et alie domus Alexeref, et alie domus Abmaifach, et alie domus Jucef Abenalchacen, et alie domus Mahometi Ab Nalhag, et alie domus prope furnum, et alie domus que fuerunt Abdilalchalam, et alie domus patre Jucef cum omnibus censibus quos ibi recipimus. Item damus vobis et dicte ecclesie in dicta Civitate XXX<sup>a</sup> macemutinas censuales videlicet X morabatinos et duas macemutinas in operatoriis et domibus que per nos tenant Bernardus Corrigiarius et Petrus Boter circa riariam ante pontem jusanum, sic in instrumentis ipsorum adquisitionum continentur; qui decem morabatini et due macemutine faciunt decem et octo macemutinarum; et ex alia parte in operatorio quod Guillemus de Nalegre tenet per nos ad censem quatuor morabatinorum, et in alio operatorio contiguo cum illo alio operatorio quod Guillemus de Bagnariis tenet per nos ad censem quatuor morabatinorum, et ita sunt complete triginta macemutine et quatuor solei ultra. Item assignamus et tradimus decimam partem portionis donationis curie, cum omnibus juribus eidem parti pertinentibus. Item assignamus vobis extra Civitatem centum jugate terre, videlicet quinquaginta octo jugate in valle de Sportulis et viginti sex jugatas in termino de Felinig, et sic sunt octuaginta quatuor jugate, quas Alamandus de Sadava pro nobis tenebat in feudum sicut in instrumentis inter nos et ipsum confectis continentur. Quas habeatis cum pertinentiis et tenedonibus et cum hominibus et feminis qui ibi sunt vel de cetero fuerint populati, et cum omnibus que infra terminos predicti honoris continentur absque omni honore, servicio et servitute militum quos nos debemus tenere per defensione terre Maioricarum. Reliquas vero sexdecim jugatas que sunt in numero centum jovate vobis assignamus in Felinix et Campis, et ita sunt centum et una jovate. Et sunt nomina alqueriarum et raallum feudi Alamandi de Sadava in Sportulis Atzeuya due jugate, Bilela octo jugate, Ayan tres jugate, Almoravit quinque jugate, Benixamer duodecim jugate, Alcarmeda tres jugate, Abenbarchax due jugate, Alcasser septem jugate, Abengaus quinque jugate, Addugayer tres jugate, Fatiaybana quatuor jugate. Et sunt nomina alqueriarum et raallum feudi Alamandi de Sadava in Felinix (S) Rubentix et sunt duodecim jugate, Alluch sex jugate, Albubacer*

*due jugate, Algari tres jugate, Algriles tres jugate. Exceptamus tamen et nobis et nostris retinemus illas possessiones quas Alamandus de Sadava tenebat per nos in Civitate Maioricarum. Reliquas vero decem et septem jovatas assignamus vobis et ecclesie antedicte octo in Felinitx videlicet sex jugatas in alqueria vocata Nacla et duas jugatas in rafallo qui vocatur Ameab, et assignamus vobis novem jugatas in termino de Campis, videlicet tres jugatas in alqueria vocata Beniomar, et quatuor jugatas in alqueria vocata Beniamadi, et duas jugatas in rafallo Macsen, et ita sunt centum et una jugate. Item damus vobis et predicte ecclesie quoddam molendinum in termino Sancti Laurencii et nominatur Raa Moaber cum omnibus suis juribus. Predicta itaque omnia sicut nos habemus, tenemus et possidemus vel habere debemus per nos et nostros cum omnibus suis pertinentiis, tenedonibus et afrontationibus et ademprivis sibi per omnia loca pertinentibus et pertinere debentibus cum censibus, agrariis, jurisdiccionibus et dominationibus, integritatibus et proprietatibus, juribus et actionibus cum domibus alqueriarum et raallorum cum terris, pratis, pascuis, ortis, ortalibus, boschis, garricis, venationibus, montibus, planis, herbis, aquis, lignis, vineis, arboribus diversorum generum, introitibus et exitibus suis et cum firmamentis et stacamentis hominorum et feminarum tam statutorum quam statuendarum et generaliter cum omnibus que aliquo modo aliqua ratione vel causa possint dici vel numerare ac cogitari ad nos ibi pertinentibus et pertinere debentibus quoquomodo per nos et omnes nostros successores presentes atque futuros damus et assignamus domino Deo et beate virgini Marie et sedi antedicte in perpetuum, et vobis domino Raimundo Dei gratia inde episcopo in corporalem possessionem vos inde mittimus cum hoc publico instrumento extrahentes de jure et posse et dominio nostro hec omnia predicta, et in jus, dominium et potestatem predicte ecclesie mittimus et transferimus cum omnibus nostris juribus, vocibus et actionibus tam realibus quam etiam personalibus quascumque nobis competunt aut debere vel competere possunt ad omnes voluntates ipsius sedis inde faciendas sine aliquo retentu et sine vinculo nostro et nostrorum presentium et futurorum prout melius et plenius dici et intellegi potest ad vestrum bonum et sanum intellectum et ad utilitatem sedis supradicte. Ad hec nos antedictus Raimundus Dei gratia Maioricarum episcopus per nos et omnes successores nostros prelatos et coronatos ipsius sedis profitemur et recognoscimus omnis supradicta et singula pro ut superius scripta sunt corporaliter habuisse et recepisse integreriter ratione totius dotacionis nostre ecclesie Marioricarum a vobis domino Nunone Sancii, de quibus vobis omnibus concedimus nos esse bene paccatos a vobis de rebus antedictis ratione antedicte donationis ad nostram voluntatem. Renunciantes quantum ad hec exceptioni non recepte dotacionis et doly. Et siquid de omnibus honoribus, domibus, censibus, agrariis et aliis possessionibus vestris residuis intus Civitatem vel extra plus nobis vel dicte sedi pertinerent ultra hoc que nobis assignastis et dedistis, totum vobis et vestris damus et remittimus et irrevocabiliter per nos et omnes nostros successores concedimus in perpetuum ad omnes vestras voluntates libere faciendas sine vinculo et retentu nostri vel successorum nostrorum et alicuius persone, et ideo per nos et omnes successores nostros sedis supradicte cum presenti carta facimus vobis et*

*vestris de supradicta dotacione bonum finem et pactum de non petendo et soluimus atque definimus et in perpetuum deliberamus vobis et vestris successoribus in eternum omnes domos, honores et possessiones vobis residuis in Civitate vel extra Civitatem in tota insula Maioricarum que nunc tenetis vel possidetis vel tenuistis vel possedistis a tempore captionis istius terre usque in hodiernum diem, videlicet ita quod nos vel aliquis successor noster episcopus antedictie sedis vel capitulum eiusdem loci ratione antedictae dotacionis aliquam questionem, petitionem vel demandam vobis vel vestris movere vel apponere non possint, immo habeatis ipsa omnia predicta et singula ad omnes vestras voluntates perpetuo libere faciendas, sine contradicione nostri vel successorum nostrorum in predicta sede prout melius et plenius dici et intelligi potest ad vestri et vestrorum salvamentum et bonum intellectum sic facimus vobis finem et definitionem et pactum de non petendo et non tamen de possessionibus antedictis, immo etiam de omnibus fructibus perceptis per vos vel vestros ante quam vos huiusmodi dotationem fecisistis nobis et predicte sedi. Declaramus tamen quod si plus de honoribus vel possessionibus vobis vel vestris aliquo jure vel ratione adquirere poteritis de quibus possessionibus donationem iam receperimus ratione dotacionis iterum de illis a vobis aliquid requirere non possemus. Et quantum ad hec nos antedictus Raimundus Dei gratia Maioricarum episcopus per nos et omnes nostros successores renunciamus omni juri divino et humano atque privilegio quod in favore ecclesie introductum est que contra hec possemus introducere vel inducere aliquo jure vel ratione. Actum est hoc in Maiorica, in domum fratrum predicatorum XI<sup>a</sup> kalendas septembbris anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> tricesimo nono. T. Bernardus de Sacrista, etc. Signum Bernardi de Artes notarii publici Maioricarum qui hoc scripsit (ACM. GROC, f. 4, doc. 85).*

Mallorca, 4 idus juliol 1240 (12/07/1240).- *Nos, frater Dalmacius de Fenolar, preceptor domus milicie Templi in Maioricis, per nos et omnes fratres ipsius domus Templi, assignamus et damus domino Deo et Sedi cathedrali Maiorice et vobis, domino Raimundo, Dei gracia inde episcopo, pro hereditate et donacione ipsius Sedis imperpetuum, pro his omnibus que habemus et tenemus infra menia civitate Maiorice quocumque titulo usque in hunc die, quedam operatoria que Ferrarius de Stagno tenet pro nobis ad censum unius morabatini, et quoddam operatorium quod Raimundus de Clerico tenet pro nobis ad censum unius morbatini, et quasdam domos quas Petrus Archerius pro nobis tenet ad censum unius macemutine, et alias domos quas Petrus Tonsi tenet ad censum quinque solidos Barchinone, et alias domos intus Almudaina quas Arbertus Ferrarius pro nobis tenet ad censum unius libre cere, et alias quas Bernardus de Yspania tenet pro nobis in predicta Almudayna ad censum unius libre piperis, et alias domos quas tenet Jacquesius Sance ad censum unius denarii. Item duo hospicia franca que tenet ipse Bernardus de Yspania, et unum operatorium in platea Sancte Eulalie quod tenet Bernardus Peregrini ad censum unius macemutine. Et in furno quod tenet Marrochs unum morabatini racione deeni. Qui census dantur in festo Sancti Michelis. Item assignamus et damus vobis et predicte Sede deenam*

*partem vinee nostre plantate et campi que sunt contigua prope portam castri nostri. Damus etiam et assignamus Deo et predicte Sedi et vobis domino episcopo memorato, de porcione quam emimus de Guillemo de Montecatano et de aliis honoribus nostris et possessionibus que aliquo modo habemus in predicta civitate, quedam operatoria que Bernardus Sutor pro nobis tenet ad censum decem solidos monete curribile, et quedam alia operatoria que Guillemus de Parietibus pro nobis tenet ad censum quinque solidos, et quedam operatoria alia que pro nobis tenet Arbertus de Terrachona ad censum quatuor solidos, et quasdam domos quas tenet Durandus Coch pro nobis ad censum duorum solidorum, et in furno quod tenet Berengarius Furnarius medium morabatinum pro deeno, et quasdam domos franchas quas pro nobis tenet Grinonus, et alias domos franchas que sunt contigae cum eisdem et ipsis tenet pro nobis Ruvira, et alias domos franchas quas tenet Raimundus de Montepesulano. Qui census ipsorum operatoriorum et domorum dantur annuatim in festo Pentecostes. Et decimam partem in campo Raimundi Berengarii Dager qui est in termino civitate Mariorice, et deenum illius campi prope fontem de Lavaneres, et duos morabatinos et dimidium ratione deeni in molendino quod tenet pro nobis Raimundus Gaioli in cequia que intrat Civitatem, et decimam partem in molendino nostro quod fuit de Raimundo de Castroepiscopali quod nos tenemus in eadem cequia, et deenum in molendino quod ibi tenet Guillemus de Granerio pro nobis ad quintum et decimum, et deenam partem in molendino quod tenet Ruidoveles ad censem decem quarteriarum frumenti, quod molendinum est in cequia de Caneto. Item assignamus et damus vobis et predicte Sedi Maiorice imperpetuum deenam partem in tribus molendinis que sunt in fonte qui dicitur Baralem [alias nunc Almadraba] in termino de Polencia et non sunt stabilita, et deenam partem in aliis tribus molendinis que ibi sunt stabilita ad censem decem quarteriarum, medium ordii et medium frumenti, quem tenent Petrus Companni et Rubi et Codonol, et quatuor morabatinos et unam macemutinam in vinea nostra de Suler, scilicet in illa partita illius vinee quam tenet pro nobis Poncios Clavel, et quatuor paria et dimidia gallinarum in censibus domorum ville de Polencia; sicilicet domos quas tenet Guillemus Textor ad censem trium gallinarum, et domos quas Bernardus Fabersani tenet ad censem trium gallinarum, et domos quas tenet Bernardus Porcher ad censem duarum gallinarum, et alias domos quas tenet Berengarius Bonet ad censem unius galline, et deenum furni que modo habemus in villa de Polencia. Item deenam partem picium alboferiarum, stagnorum et maris, et deenam partem omnium jurium curie Civitatis et maris. Damus etiam et concedimus vobis et memorate Sedi in perpetuum ratione deeni quandam alqueriam que dicitur Mossa et sunt VII jovatas in termino de Polencia et dant sex morabatinos censuales, et Raal Xilbar qui est duarum jovatarum et contiguus illi alquerie. Item assignamus in termino de Montueri alqueriam vocatam Benimoanna et sunt quatuor jovatas quas tenet Arbertus de Terrachona ad censem quatuor morabatinorum. Et in termino de Petra alqueriam vocatam Benilachem decem jovatarum quam tenebat pro nobis Bernardus de Podio ad censem unius quarterie ordei. Et alquerias quas Raimundus de Magalats tenet in termino de Montueri ad censem duarum macemutinarum. Et*

*totam partem cuiusdam alquerie quam habemus in alqueria quam tenet Johannes de Someres ad censem unius macemutine et est in termino Sancti Laurencii. Item concedimus et laudamus pro deena parte cavalleriarum heredum quondam Guillemi de Claromonte et Raimundi Alammani alqueriam que dicitur Xilor et sunt XII jovate in termino de Polencia quas Capraria tenet, et medietatem cuiusdam raalli prope garroverium in termino Sancti Laurencii quam tenet Ferrarius de Pontarro ad octabam. Et unum campum super vineam Bernardi de Arters, et casals quos tenet ipse Bernardus de Arters ad censem unius paris gallinarum, et deenam partem in molendino quod est in cequia que intrat Civitatem, et deenum molendini de Polencia que est in fonte de Baralem [Almadraba], et deenum furni Civitatis, et deenam partem in militibus feudatariis et picium alboferiarum, stagnorum et maris, et deenum omnium jurium curie Civitatis et maris. Et infra Civitatem medietatem cuiusdam orti qui fuit Petri de Comabela et in domibus contiguis eidem orto, et omnia casalia que sunt juxta illum ortum ultra carriam, et domos quas tenet Guillemus de Piraria ad censem unius morabatini, et duo operatoria que tenet Arbert Burser ad censem unius morabatini, et unam macemutinam de duabus macemutinis quas faciebat Guillemus de Villarotunda racione illius tenedonis quas tenebat ante Buchariam, et unam macemutinam in domibus quas tenet Narbones. Et duo hospicia domorum que tenet Guillema femina ad censem duorum solidorum, et omnes domos et casals que ipsi heredes habent in Almudina civitate Maiorice. Item assignamus et concedimus racione ipsorum heredum de censualibus quos habent ipsi heredes in villa Polencie duo paria gallinarum; scilicet, in domibus quas Ferrarius Sartor tenet unum par gallinarum prout Raimundus de Podio stabilivit, et alias domos que fuerunt Johannis Molendinarii de quibus datur pro censu unum par gallinarum. Predicta itaque omnia cum omnibus suis pertinenciis, tenedonibus et adempriviis sibi per omnia loca pertinentibus et debentibus pertinere, cum censibus, agrariis, jureddicionibus et donacionibus, integritatibus et proprietatibus, juribus et accionibus nobis et domui nostre Templi competentibus et competituris per nos et omnes fratres domus nostre presentes atque futuros damus et assignamus domino Deo et Sedi cathedrali Maiorice in perpetuum et vobis domino episcopo memorato sine aliquo retentu sive vinculo nostri et predicte domus Templi et fratum eiusdem, prout melius et plenius dici potest vel intelligi ad vestrum bonum et sanum intellectum et voluntatem Sedis supradicte. Ad hec nos, Raimundus Dei gracia Maiorice episcopus, de consensu capituli nostri, profitemur et credimus predictam omniam et singula ut superius scripta sunt profirentes ipsa omnia et singula habuisse et recepisse bene et integre a vobis, fratre Dalmacio de Fenolar, preceptorи predicto, pro predicta domo Templi nostre videlicet et racione dotacionis Sedis supradicte. De quibus omnibus concedimus nos esse bene paccatos a vobis ad nostram voluntatem. Renunciantes quantum ad hec excepcioni dotacionis non recepte et doly. Et siquid de omnibus domibus, operatoriis et aliis tenedonibus et possessionibus vobis residuis intus Civitatem vel extra plus nobis vel dicte Sedi pertinet ultra hec que nobis assignavistis et dedistis, tote vobis et dicte domui Templi et fratribus eiusdem presentibus et futuris damus et concedimus*

*ad omnes vestras voluntates libere faciendas sine vinculo et retentu nostri vel successorum nostrorum vel alterius quiuslibet persone. Et ideo per nos et totum capitulum cum presenti carta facimus vobis et dicte domui Templi et fratribus eiusdem presentibus et futuris de supradictam donacionem bonum finem imperpetuum et pactum de non petendo et suluimus atque difinimus et in perpetuum deliberamus vobis et dicte domui Templi et fratribus eiusdem imperpetuum omnes alias domos, operatoria, honores et possessiones vobis residuas in Civitate et tota insula Maioricarum. Ita videlicet quod nos vel aliquis successor noster episcopus dicte Sedis Maiorice ratione dotacionis supradicte aliquam questionem, petitionem vel demandam in residuis honoribus et possessionibus vestris agere vel opponere non possit, immo habeatis ea omnia et singula cum omnibus pertinenciis suis ad omnes vestras voluntates inde libere faciendas perpetuo sine contradicione nostri vel successorum nostrorum vel alterius cuiuslibet persone pro ut melius et plenius dici et intelligi potest ad vestram et vestrorum salvamentum et bonum intellectum sine enganno. Actum est in Maiorica III<sup>a</sup> idus iulii anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup>. Testes Guillabertus de Crudiliis, etc. Signum Bernardi de Artes, notarii publici Maiorice, qui hoc scripsit die et anno prefixis (ACM. GROC, f. 7, doc. 115).*

Mallorca, 10 calendes març 1242 (20/02/1243).- *De feudo Berengarii de Pinos de medietate decime valle de Soler. Sit omnibus manifestum quod ego Berengarius de Pinos non seductus nec in aliquo circumventus set ex certa sciencia recognosco me habere, tenere et possidere in feudum pro vobis venerabili in Xto patri Raymundo Dei gratia Maioricensis episcopo et ecclesia vestra medietatem decime in pane, vino et oleo et medietatem omnium et singulorum pro vobis et ecclesia vestra in honoribus, tenedonibus et possessionibus que emi in valle de Soller de cavalleriis qui Sala ibi habebat et de hiis que ibi emi de cavalleriis hominis de Narbone et promitto per me et successores meos vobis et successoribus vestris et ecclesie vestre fidelitatem et defensionem tam in persona quam rebus vestris et ecclesie vestre ad servivium et honorem pro hac vero medietate decime molendinorum et omnibus aliis et singulis vobis in presenti in signum feudi hommagium et vassallaticum exibeo corporalem et quandoque feudum illud ad successores meos venerit vobis et ecclesie vestre eadem fidelitatem faciant et homagium manuale. Ad hec nos, Raymundus, Dei gratia Maioricensis episcopus, de consilio et voluntate totius capituli nostri in perpetuum concedimus tibi Berengario de Pinos et successoribus tuis predictam infeudacionem quemadmodum expressum est superius, promitentes vice consimili per nos et ecclesiam nostram et successores nostros presonam tuam et successorum tuorum et res et bona omnia salvare et deffendere salvo ordino nostro (ȝ) quoslibet nec non auxilium ac consilium impartiri salva auctoritate domini pape in omnibus supradictis. Actum est hoc in Maioricis X<sup>a</sup> kalendas marcii anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> secundo. Signum Bernardi de Arters, notarii publici Maioricis qui hec scripsit (ACM. GROC, f. 9, doc. 161).*

4 nones març 1266 (04/03/1267).- Composició entre el bisbe Pere i el capítol de Girona, d'una part, i el bisbe Pere i capítol de Mallorca, d'altra part, sobre el delme. Fins ara, l'església de Mallorca només en rebia la tercera part. A partir d'ara, el bisbe i l'església de Mallorca *habeant et percipient perpetuo ratione decime spiritualis que ad ipsa Maioricense ecclesiam vel ad ecclesiam parrochiales de jure comuni pertinet medietatem totius decime quam dictam ecclesiam Gerundense percipit a dictis colonis et emphiteotis et terram eorum tenentibus, computata in dicta medietate illa tercia parte quam ante huiusmodi compositionem dicta ecclesia Maiorice de dicta decima percipiebat* (ACM. GROC, f. 11, doc. 323).

5 idus novembre 1235 (09/11/1235).- *De donatione qua sacrista Barchinone fecit ecclesis de X<sup>a</sup> parte honorum. Notum sit cunctis quos nos Petrus sacrista Barchinone per nos et successores nostros damus et assignamus omnipotenti Deo et ecclesie katedrali Sancte Marie de Maioricis pro dote et hereditate in perpetuum decimam partem omnium possessionum et iurium quas et que habemus vel habere debemus apud Maioricas tam in civitate quam extra. Quam decimam partem preponitus Terrachone vel ille qui locum eius tenebit recipiat in loco competenti et idoneo, habita extimatione et consideratione possessionum sterilium et fertilium ut sic pro bonitate cuiuslibet possessionis facta extimatione dicta decima pars sorte dividenda, prout barones inter se a principio diviserunt, in loco competenti et idoneo assignetur. Volumus et mandamus quod illi qui per nos ibi aliquid tenent decimam partem possessionum et iurium quas et que per nos tenent et tenere debent assignent ecclesie Maioricis et tradant preposito secundum formam superius comprehensam. Nos enim hec omnia ex certa sciencia de nostro posse ac dominio trahimus et in ius et dominium ecclesie Maioricarum transmutamus et cum presenti carta dictum preponitum in corporalem possessionem dicte decime partis inducimus ad habendum, tenendum et perpetuo possidendum cum terminis, afrontationibus, ingressibus et egressibus, omnibus et feminis ibidem habitantibus vel habitantis et cum omnibus ad nos spectantibus aliqua ratione vel iure absque aliquo nostro nostrorum successorum retentu ut melius dici vel excogitari posit ad comodum et utilitatem ecclesie Maioricarum et ministrancium in eadem. Actum est apud Barchinonam V<sup>a</sup> idus novembris anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>. Arnaldus de Sancto Martino etc. Ego Raymundus de Villanova notariuus domini electi Terrachone hec scripsi loco, die et anno prefixis* (ACM. GROC, f. 13, doc. 50).

16 calandes desembre 1235 (16/11/1235).- *De donatione qua Gilabertus de Crudiliis fecit ecclesie Maioricis de decima parte honorum suorum. In Dei nomine pateat universis quod Gilabertus de Crudilliis pere nos et nostros damus et assignamus omnipotenti Deo et ecclesie kathedrali Sancte Marie de Maioricis per dote et hereditate imperpetuum decimam partem omnium possessionum et iurium quas et que habemus vel habere debemus apud Maioricas tam in civitate quam extrta. Quam decimam partem preponitus Terrachone vel ille qui locum eius*

*tenebit recipiat in loco competenti et idoneo habita estimations et consideratione se possessionum sterilium et fertilium ut sic per bonitate cuiuslibet possessionis facta extimatione dicta decima pars sorte dividenda pro ut barones inter se a principio diviserunt in loco competenti et idone assignetur. Volumus et mandamus quod illi qui per nos ibi aliquid tenent decimam partem possessionum et iurium quas et que pere nos tenent et tenere debent assignent ecclesie Maioricis et tradant preposito memorato secundum formam superius comprehensam. Nos enim hec omnia ex certa sciencia de nostro posse ac dominio trahimus et in jus et dominium Maioricis ecclesie transmutamus et cum presenti carta dictum preponitum in corporalem possessionem predice deime partis inducimus ad habendum, tenendum et perpetuo possidendum cum terminis, afrobtinationibus, ingressibus et egressibus hominibus feminis ibi habitantibus vel habitantis et cum omnibus ad nos spectatibus ratione vel iure absque aliquo nostro nostrorumque retentu ut melius dici vel excogitari potest ad comodum vel utilitatem ecclesie Maioricis et ministramcium in eadem. Actum est hoc apud Barchinona XVI<sup>a</sup> kalendas decembris anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXXV<sup>o</sup>. Raymundus de Pellaralz etc. Ego Raymundus de Villanova notarius domini electi Terrachone hec scripsi loco, die et anno prefixis (ACM. GROC, f. 13, doc. 52).*

*8 calendas desembre 1235 (24/11/1235).- De donacione qua episcopus Gerunde fecit ecclesie Maioricarum de decima parte honorum suorum. In Dei nomine, Notum sit cunctis quod nos Guillelmus Dei gratia Gerunde episcopi, per nos et successores nostros damus et assignamus omnipotenti Deo et ecclesie kathedrali Sancte Marie de Maioricis etc. (continua igual que els anteriors). Actum est hoc Perpiniani VIII<sup>a</sup> kalendas decembris anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> quinto. Testes Guillelmus de Corneliano. Ego Raymundus de Villanova etc. (ACM. GROC, f. 14, doc. 58).*

*8 calendas desembre 1235 (24/11/1235).- De donatione qua comes Empuriarum fecit ecclesie Mariocarum de decima parte honorum suorum. In Dei nomine. Manifestum sit omnibus quod nos Poncius Ugonis, Dei gratia comes Impuriarum, per nos et nostros damus et assignamus omnipotenti Deo et ecclesie katedrali Sancte Marie Maioricis etc. (continua igual que els anteriors). Actum est Perpiniani VIII<sup>a</sup> kalendas decembris anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>. Testes Arnaldus de Rubione etc. Ego Raymundo de Vilanova etc. (ACM. GROC, f. 14v, doc. 59).*

*2 idus desembre 1235 (12/12/1235).- De donatione qua Archiepiscopus Barchinone fecit ecclesie Maioricarum de decima parte honorum suorum. Notum sit cunctis quod nos Bernardus de Vilagranada archidiaconus Barchinone per nos et successores nostros damus et assignamus omnipotenti Deo et ecclesie katedrali Sancte (Marie) pro dote et hereditate imperpetuum decimam partem omnium possessionum et iurium quas et que habemus vel habere debemus apud Maiorias tam in civitate quam extra; quam decimam partem preponitus Terrachone vel ille qui*

*locum eius tenebit recipiat in loco competenti et idoneo habita extimatione et consideratione possessionum sterilium et fertilium ut sic pro bonitate cuiuslibet possessionis facta extimatione dicta decima pars sorte dividenda pro ut barones inter se a principio divisorunt in loco competenti et idoneo assignetur. Volumus et mandamus quod illi qui per nos ibi aliquid tenent decimam partem possessionum et iurum quas et que per nos tenent et tenere debent assignent ecclesie Maioricis et tradant preponito memorato secundum formam superius comprehensam. Nos enim hec omnia ex certa sciencia de nostro posse ac dominio trahimus et in ius et dominium ecclesie Maioricarum transmutamus et cum presenti carta dictum preponitum in corporalem possessionem dicte decime partis inducimus ad habendum et tenendum et perpetuo possidendum cum terminisd, afrontationibus, ingressibus et egressibus, hominibus et feminis ibicen habitantibus vel habitantis et cum omnibus ad nos spectantibus aliqua ratione vel jure absque aliquo nostro nostrorum retentu ut melius dici et excogitari potest ad comodum et utilitatem ecclesie Maioricarum et ministrancium in eadem. Actum est hoc apud Barchinone II<sup>a</sup> idus decembris anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>. Bernardus Delfini etc. Ego Raymundo de Villanova domini electi Terrachone hec scripsi loco, die et anno prefixis (ACM. GROC, f. 15, doc. 60).*

5 idus novembre 1235 (09/11/1235).- *De donacione quam procurator comitisse Empuriarum (sic) (hauria de dir Bearne) et Gastonus filii sui fecit ecclesie Maioricarum. Manifestum sit omnibus quod nos Petrus sacrista Barchinone, tenentes in Maioricis locum domina Comitis et Gastonis filii eius pro ipsis et eorum nomine damus et assignamus omnipotenti Deo et ecclesie katedrali Sancte Marie de Maioricis pro dote et hereditate imperpetuum decimam partem omnium possessionum et iurum quas et que eadem comitissa et Gasto filius eius habent vel habere debent apud Maioricas tam in civitate quam extra; quam decimam partem preponitus Terrachone vel ille qui locum eius tenebit recipiat in loco competenti et idoneo habita extimatione et consideratione possessionum sterilium et fertilium ut sic pro bonitate cuiuslibet possessionis, facta extimatione dicta decima pars sorte dividenda, pro ut barones inter se a principio divisorunt, in loco competenti et idoneo assignetur. Volumus et etiam mandamus pro memorata comitissa et Gastone filio eius quod illi qui per eos ibi tenent decimam partem possessionum et iurum quas et que per sepedictam comitissam et per Gastonem filium eius tenent et tenere debent assignent ecclesie Maioricis et tradant preposito memorato secundum formam superius comprehensam. Nos enim hec omnia ex ceerta sciencia de posse comitisse et Gastonis filii eius ac dominio trahimus et in jus et dominium ecclesie Maioricis transmutamus et cum presenti carta dictum perponitum in corporalem possessionem dicte decime partis inducimus ad habendum, tenendum et perpetuo possidendum cum terminis, afrontationibus, ingressibus et egressibus hominibus et feminis ibidem habitantibus vel habitantis et cum omnibus ad iam dictam comitissam et Gastonem filius eius spectantibus aliqua ratione vel iure aliquo suo suorumque retentu ut melius dici vel excogitari potest ad comodum vel utilitatem ecclesie Maioricis et*

*ministrancium in eadem. Actum est hoc apud Barchinone V<sup>a</sup> idus novembris anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>. Arnaldus de Sancto Martino, etc. Ego Raymundus de Villanova notarius domini electi Terrachone hec scripsi loco, die et anno prefixis (ACM. GROC, f. 15, doc. 51).*

Mallorca, 12 calandes març 1238 (18/02/1239).- *De donacione quam Guillemus de Montegrino, sacrista gerundense, fecit ecclesie Maiorice de decima parte honorum suorum.* (Igual que els anteriors) (ACM. GROC, f. 16, doc. 78).

11 calandes gener 1235 (22/12/1235).- *De donatione quam electus Terrachone fecit ecclesie Maioricarum de decima parte honorum suorum. Notum sit cunctis quod nos Guillemus, promissione divina Terrachone electus, per nos et Gerundesis sacrista cuius locum habemus in hiis que adquisivimus apud Maioricis tempore captionis, cum ad huc partem illius insule que nos tunc sacristam contigit teneamus, damus et assignamus omnipotenti Deo et ecclesie kathedrali Sancte Marie de Maioricis etc.* (continua igual que els anteriors). *Actum est apud Terrachone XI<sup>a</sup> kalendas ianuarii anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>. Arnaldus de Sancto Martino etc. Ego Raymundus de Villanova notarius domini electi hec scripsi mandato ipsius loco, die et anno prefixis (ACM. GROC, f. 16, doc. 62).*

Tamarit, 15 calandes maig 1237 (17/04/1237).- *De donacione quam Geraldus de Cervilione fecit ecclesie Maioricarum. Pateat universis quod nos Geraldus de Servilione per nos et nostros damus et assignamus omnipotenti Deo et ecclesie cathedrali Sancte Marie de Maioricis per dote et hereditate imperpetuum decimam partem omnium possessionum et iurium apud Maioricam, tam in Civitate quam extra. Quam decimam partem prepositus Terrachone vel ille qui locum eius teneat recipiat in loco competenti et idoneo habita extimatione et consideratione possessionum sterilium et fertilium ut sic pro bonitate cuiuslibet possessionis facta extimatione dicta decima pars sorte dividenda pro ut barones inter se a principio divisorunt in loco competenti et idoneo assignetur. Volumus et etiam mandamus quos illi qui per nos ibi aliquod tenent decimam partem possessionum et iurium quas et que per nos tenent et tenere debent assignent ecclesie Maioricis et tradant preposito memorato secundum formam superius comprehensam. Nos enim ex certa sciencia de nostro posse ac dominio trahimus et in jus et dominium Maioricensis ecclesie trasmutamus et cum presenti carta dictum preponitum in corporalem possessionem predicte decime partis inducimus ad habendum, tenendum et perpetuo possidendum, cum terminis, affrontationibus, introitibus et egressibus, hominibus et feminis ibidem habitantibus aliqua ratione vel jure absque aliquo nostro nostrorumque retentu ut melius dici vel excogitari potest ad comodum vel utilitatem ecclesie Maioricis et ministrantium in eadem. Actum est hoc XV<sup>a</sup> kalendas madii anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Testes Raymundus de Vallibus etc. Ego Arnaldus*

(de Plano) qui hec scripsi iussu monasterii Tamariti eccessie capellani et meum signum appositi (ACM. GROC, f. 16, doc. 69).

Mallorca, 10 calendas setembre 1239 (23/08/1239).- *De promissione quam R. episcopus Maioricensis fecit Nunoni Sancii.* Sit omnibus notum quod nos, Raimundus Dei gratia Maioricensis episcopus per nos et omnes successores nostros prelatos et canonicos ipsius sedis promittimus vobis domino Nunoni Sancii dare operam diligentem ad hoc ut dominus Papa habeat ratam et firmam compositionem dotacionis ecclesie Maioricensis inter nos et vos factam tam de dotatione quam de decimis pro ut in instrumentis inde confectis plenius continetur usque ad festum Sancti Johannis iunii, volentes quod sententia qua inde estis astricti medio tempore relaxetur. Concedimus etiam quod si usque ad dictum tempus predictam compositionem dominus Papa non duxerit acceptandam et firmam, quod vos positis ex tunc quacumque hora volueritis vestra propria auctoritate omnia que ratione predicte donationis vel compositionis licite recuperare instrumentis supradicta compositione et dotacione factis irrite in manibus. Ita tamen quod incontinenti cum revocaveritis eadem sententia qua estis modo ligati sitis incontinenti astricti. Et si forte possessionem, dotationem vel compositionem predictam revocaveritis, possessio illa quam inde fecerimus de decimo bestiarii nullum jus nobis vel nobis curie acrescat ni quatenus habeamus tempore presentis conditi instrumenti. Ad hec nos, dompnus Sancii per nos et successores meos predicta omnia et singula promittimus attendere et observare et completere bona fide. Actum est Marioricarum in domo fratrum predicatorum X<sup>a</sup> kalendas septembres anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> nono. Testes Bernardus de Sacrista etc. Signum Bernardi de Artes notarii publici Maioricarum qui hoc scripsit (ACM. GROC, f. 22, doc. 86).

Mallorca, 10 calendas setembre de l'encarnació 1239 (23/08/1239).- *De composicione inter R. episcopum Marioricensis et Nunonem Sancii.* Manifestum sit omnibus quod facta est compositio inter dominum Raimundum Dei gratia Maioricensis episcopum ex una parte et dompnum Nunonem Sancii ex altera, sub tali forma et tenore quod dompnus Nuno habeat in feudum perpetuum medietatem de decimis jure divino debitibus in animalibus grossis et minutis et avium scilicet anserum, gallinarum, anatum et pullorum, lane, caseorum et picium, exceptis vinariis propriis. Item quod dictus Nuno habeat in feudum duas partes de decimis jure divino debitibus in pane, vino, oleo, lino, canabo et ortalicia et omnibus aliis que jure decimantur, exceptis superius expressis. Actum est hoc in Maiorica, in domo fratrum predicatorum, X<sup>a</sup> kalendas septembres anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> nono. Testes Bernardus de Sacrista, etc. Signum Bernardi de Artes, notarii publici Maioricarum qui hoc scripsit (ACM. GROC, f. 22, doc. 87).

Mallorca, 3 idus setembre 1241 (11/09/1241).- El bisbe i capitol de Mallorca, d'una part, i fra Dalmau de Fenolar, preceptor de la casa de la milícia del Temple a Mallorca en nom de la dita casa, *auctoritate et mandato Raimundi de Serra, magistri eiusdem domus ex altera, ex meritis et spontaneis voluntatibus nostris, post multas et varias contenciones et placita inter nos agitatas, per nos et omnes successores nostros venimus ad in vicem ad finem et concordiam et amicabilem compositionem et transaccionem perpetuam super omnibus decimis quas domus milicie Templi de suis laboracionibus percipiebat, sive de his que sarraceni excolebant et laborabant, et de suis colonis sive rusticis, et de cavalleriis Tortose ipsi domui Templi adiunctis, et de honoribus qui fuerunt nobilium virorum videlicet Nunonis Sancii et Guillemi de Montecatano et quandam Raimundi Alaman et Guillemi de Claromonte, et Raimundi de Clusa et Raimundi de Castroepiscopali, et Raimundi Berengarii Dager. Quas decimas nos, Raimundus, Dei gracia Maiorice episcopus, petebamus. Item petebamus ne preceptor prediche domus et milicie Templi impedire quod nos vel successores nostri percipemus decimas animalium et ipsorum fetus in rebus et possessionibus et honoribus antedictis. Eo vero, frater Dalmacius supradictus, petebam decimam bladi, vini et olei, animalium et eorum fetuum de honoribus et possessionibus que specialiter fuerunt nobilium virorum condam Raymundi Alammani et Guillemi de Claromonte, de quibus vos, dictus episcopus, dicebatis vos esse in possessione. Venimus inquam ad finem et amicabilem compositionem, concordiam et transaccionem perpetuam ad in vicem super predictis omnibus et singulis in hunc scilicet modum: Quod nos, Raimundus episcopus memoratus et successores nostri, habeamus et recipiamus semper annuatim de decimis rustirorum, colonorum antedictorum ac possessionum memoratarum et omnium aliorum quorumcumque domus Templi aliquo modo habet et possidet in Maiorice usque in hunc presentem diem, quo presens scribitur instrumentum, in blado, vino et oleo terciam partem tamen, et domus milicie Templi percipiatur reliquias duas partes. In aliis vero, dictus episcopus medietatem, et domus Templi aliam medietatem, excepto honore Raimundi et Guillermo de Podio, in quo domus Templi nichil percipiatur. In alqueriis vero quas sarraceni hodie modo tenent, scilicet Benimoden, et alqueria que dicitur Benisala, et alqueria que dicitur Alderazon ante villam Polencie et campum et ferruginale contiguum cum eodem, et alqueriam que dicitur Mernissa que sunt in Polencia; item, in termino de Mianes, alqueriam que dicitur Mianes et Alboraya, et alqueria que dicitur Buecta, et alqueria que dicitur Benioamba, et ral Asalum, tam ea que propriis manibus excolimus quam ea que tenent sarraceni. Item Alienassa, sicut nos eam habemus pro nostris cavalleriis quam (sic) ratione Guillemi de Montecatano quam ratione quod fecimus cum hominibus Dertuse, in quibus nichil recipiat dictus episcopus in decimis, sive eas laboraverit per se domus Templi, vel per sarracenos, vel per alias personas, immo tota decima predictarum alqueriarum ab integro (scilicet ad) cedat in jus et proprietatem prediche domus Templi. Sic (scilicet) pro emenda et recompensacione decime supradictorum, in alqueria de Malisherbis recipiat dominus episcopus totam decimam ab integro omnium expletorum et animalium et omnium aliorum. In alqueria vero*

*de Alanzel, et sunt XII jovate, et in raal Alelug, et sunt VIII jovate, et in alqueria quod dicitur Sanmarti, XV jovatarum, et in alqueria que dicitur Carissa, que sunt III<sup>or</sup> jovate, et in alqueria que dicitur Bonababet, et sunt II jovate, recipiat dominus episcopus medietatem, in qua medietate computetur decima vinee nostre et campi que sunt prope castrum Civitatis, et nos aliam medietatem, sive domus Templi tenuerit ad manus proprias excolendas sive dederit aliis excolendas. In decima vero campi Raimundi Berengarii Dager, qui est circa Civitatem, habeat dominus episcopus terciam partem, et domus Templi reliquas duas partes. In decimis vero omnium molendinorum que quocumque modo habet domus Templi usque in hunc diem, exceptis ille que domus Templi habet pro suis cavalleriis, in quibus nil accipiat dominus episcopus, in aliis vero accipiat ipse dominus episcopus duas partes et domus Templi III<sup>es</sup> partes. Item damus vobis pro deena parte campi et vinee supradicte, et assignamus incontinenti, quandam partem predicti campi, que affrontat ex una parte in alia parte Templi residua predicti campi prout assignata est et terminata, et ex alia parte in carraria qua itur ad castrum Templi, et ex alia parte in littore maris, et ex quarta parte in honore Guillemi de Olivaria quem tenet per comitem Ympuriarum. Decimas vero animallium ac eorum fetuum, picium et aliarum decimacionum que consurgunt ex possessionibus et honoribus memoratis, habeat dominus episcopus medietatem et domus Templi aliam medietatem. Unde nos, Raimundus Dei gracia Maiorice episcopus, absolem i definim al Temple tota la part del delme abans expressada, recognoscentes etiam recepissem a vobis quandam partem campi vestri pro deena parte eiusdem campi et vinee prout superius a vobis nobis assignata est. Nos, fra Dalmau, rebem la part del delme a nosaltres assignada. T. Ramon Gayol, etc. (ACM. GROC, f. 23, doc. 142).*

Mallorca, 10 calandes juny 1243 (23/05/1243).- Jo, Bernat de Santa Eugenia concanvio amb vós, Ramon bisbe de Mallorca, *pro duabus jovatis et dimidia quae habebatis in alqueria et honore que ad dominium et proprietatem retinueramus, que alqueria dicitur Benibaari, et pro una quarterata et dimidia quam similiter habebatis in vinerio vestro de Caudanigra prout vobis concessum erat ratione dotacionis Sedis supradicte. Damus vobis in concambio illorum alqueriam quam tenet Bartholomeus de Prato que est in termino de Cauda Nigra et dat inde nobis censualiter quatuor morabatinos per Sant Miquel. Cum tota decima et jure dicione nobis pertinente* (ACM. GROC, f. 25, doc. 166).

Mallorca, 17 calandes juny 1245 (16/05/1245).- Pelai Nunis, cavaller, reconec tenir en feu del bisbe i capítol de Mallorca *duas partes decime in pane, vino et oleo ac medietatem omnium aliorum et singulorum pro vobis et ecclesia vestra et capitulo in alqueria mea que dicitur Amorat cum quatuor raallis cum omni hoc quod stabilitum est; que omnia sunt in termino de Manacor, et in omnibus aliis honoribus et possessionibus que aliquo modo habeo in insula Maioricarum.* Vos promet fidelitat i defensa tant de les personnes com de les coses per dites dues parts del delme

i la meitat del delme dels molins i de tots altres béns, i vos faig homenatge de fidelitat i el faran també els meus successors. Salva l'autoritat del papa (ACM. GROC, f. 25, doc. 194).

6 idus abril 1249 (08/04/1249).- *Nos Raimundus Dei gracia Maiorice episcopus, de consensu et voluntate capituli nostri profitemur et recognoscimus vobis fratri Guillemo de Ager comendatori domus milicie Templi in Maiorice et fratribus eiusdem domus quod vos, de voluntate et assensu fratrum vestrorum dedistis et assignastis nobis ratione eius quod residuum erat de eo quod nobis tenebamini dare pro dotacione ecclesie nostre possessionum et cavalleriarum que vobis date et assignate fuerunt vel ex adquisicione vestri habuistis vel aliqua alia ratione in civitate et in insula Maioricarum; videlicet, duos morabatinos quos facit Bonaventura de Moranta pro quibusdam domibus que sunt in villa de Incha et modo Petrus Forner facit pro dicto Bonaventura dictos duos morabatinos. Item unum morabatinum quem dictus Petrus Forner facit pro quibusdam vineis in termino dicte ville. Item deenum de algorfis in dicta villa. Item in valle de Soyler XII solidos et dimidium censuales quos Petrus de Grions facit de quadam vinea. Item ratione deeni ratione omnium molendinorum que sunt de cavalleriis hominum Dertuse dedistis nobis et assignastis illud molendinum que est in alqueria qua per nos tenet in Valix [a Linas] Johannes de Turricella. Item duas jovatas terre in alqueria Dalenzel que est in termino de Petra, quam alqueriam Bernardus Sabater et Ferrarius Dalenzel per vos tenent. Et quare de omnibus que nobis ratione dotacionis seu hereditamenti ecclesie nostre dare tenebamini nobis plenarie satisfactum est in predictis que nobis dedistis cum aliis que a comendatoribus aliis antecessoribus vestrис recipimus, per nos et successores nostros de voluntate et asensu capituli nostri facimus vobis et fratribus dicte domus finem et pactum de non petendo. Vocantes et appellantes vos in perpetuum de predictis omnibus quithies et immunes et nos successores nostros paccatos et contentos et ne vero jure aliquo vel ratione contra predicta nos vel successores nostri venire possemus scienter et ex certa sciencia. Renunciamus omni cuilibet juri scripto et non scripto civili, publico et privato, comuni vel singulari sive canonico, tam statuto quam etiam statuendo quo vel quibus contra premissa vel singula ne possemus per hec atque superius contenta sunt nullum fiat prejudicium vel aliqua innovacio in compositionibus inter nos et vos factis super facto decime fructuum, scilicet illa suum robur obtineant prout in instrumentis confactis de predictis decimis continetur.* El comanador del Temple li fa donació de tots aquests béns, amb prats, pastures, herbes, etc. *et etiam cum rego et capite rego et subrego et cum meatu aque et omnibus suis adempriviis et utensilibus dicti molendini, salva tamen aqua ad alia molendina nostra que ibi sunt et que de ipsa aqua debent molere et eam habebant die qua nos predicta assignavimus.* T. Ramon de Viridaria, etc. Signa Berenguer de Reers, notari públic de Mallorca, qui ho escrigué (ACM. GROC, f. 26, doc. 238).

Mallorca, 7 idus juny 1257 (07/06/1257).- Com hi hagués qüestió entre el bisbe i pabordes de la Seu, d'una part, i Pere de Sancto Minato, d'altra part, segons la qual demanaven els primers al segon *totam decimam ab integro sue vinee que est in termino civitatis Maiorice et illius terre contigue cum eadem vinea, que omnia petebant sibi tradi et penitus adiudicari*. I el dit Santo Minato en contrari responia *quod non tenebatur eis dictam decimam eo quare nunquam consueverat dare ipsam decimam super dicta vinee et illius terre cum eadem vinea contigue, nec de loco tam heremo et inculto ecclesia debeat totam decimam vendicare, cum de locis cultis et bonis multis et diversis ecclesia predicta in insula Maiorice non recipiat nisi terciam partem*. Finalment vingueren a la transacció següent: *quod dictus Petrus de Sancto Minato et sui medium decimam teneant in feudum pro predicta Sede. Et teneantur perpetuo dare domino episcopo et proponitis antedictis ipsius Sedis aliam medium decimam tamen. I nosaltres laudamus et concedimus predicta omnia ut superius expressa sunt. Et quare vos, Petrus de Sancto Minato, hedificavistis et plantavistis vineam in terra herema et inculta et garrica, ob graciam specialem quam vobis Petro de Sancto Minato jam dicto facere proponimus et propter multa grata et idonea servicia que nobis fecistis et cotidie facere proponitis et quare plures et intolerabiles missiones et expensas fecistis tamen in predicta vinea hedificanda et plantanda quam in eadem ex utroque latere claudenda, damus tibi Petro de Sancto Minato et tuis perpetuo medietatem tocius decime vinee vestre antedicte et terre vestre que ibi remanet ad plantandam ad faciendum quicquid volueritis sine contrarietate nostra et alterius cuiuslibet persone. Sic quod alicui nobis aut etiam capitulo memorato non tenamini dare vel respondere nisi aliam decimam medium predicte vinee et illius terre tue que ibi remanet ad plantandum nobis* (ACM. GROC, f. 27, doc. 284).

6 idus juny 1257 (08/06/1257).- Guillem de Montecatheno constituesc Berenguer de Tornamira en especial procurador meu a la ciutat i tota l'illa de Mallorca, a partir d'avui *usque in kalendis proximi mensis marci et ab eisdem kalendis usque ad unum annum proxime et continue completum, ad petendum, colligendum, recipiendum ac congregandum proventus et jura omnia mi ibi pertinencia et pertinere debencia ratione emptionis a me facte a domino Rege, et ad substituendum alios loco vestri, et ad collocandum et instituendum domos et alios quoslibet honores et possessiones, et ad omnia alia faciendum quecumque ego usque in dicto termino in ipsa civitate et insula facere possem prout in instrumento emptionis mee predicte dinoscitur contineri. Ratum habens et firmum quicquid per vos in premissis actum fuerit legitime ac etiam procuratum. Et ut presens instrumentum per manum publicam scriptum maiori vigeat roboris firmitate, sigilli nostri munimine duxi roborandum* (ACM. GROC, f. 27, doc. 285).

Barcelona, 5 calandes juny 1259 (28/05/1259).- *Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maiorice et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, laudamus, approbamus et confirmamus imperpetuum emptionem quam dilectus noster Raimundus, Dei*

*gracia Maioricense episcopus, fecit de alqueria et rafal in termino de Petra quam quondam Martinus Janes/Yanyes/Ivanyes miles tenebat et possidebat. Que omnia dictus episcopus emit ad honorem et hedificacionem Sancti Vicencii maris et ob remedium anime quondam illustris Petri infantis Portegalis et omnium fidelium defunctorum, non obstante aliqua constituzione a nobis super hoc edita vel mandato* (ACM. GROC, f. 27, doc. 293).

Mallorca, 4 nones agost 1264 (02/08/1264).- L'infant Jaume, fill del rei d'Aragó, hereu de Mallorca i Montpeller, Rosselló, Cerdanya i Conflent, a honor de Déu i de sa mare lloam i concedim l'establiment *Marie Ferrandis quod fecit de capellania sua quam stabilivit in Sede Maiorice super alqueria sua et rafallo in terminis suis, prout ipsi melius habebat, tenebat et possidebat tempore mortis sue in termino de Polenza in parrochia Sancti Jacobi de Gygent, retinentes tamen nobis et successoribus nostris omnem jurisdiccionem meam et justicias et regalia et duas partes decime quas ibi recipimus*, malgrat les condicions imposades en els instruments de la dita alqueria segons les quals no es pot alienar a cavallers ni a sants (ACM. GROC, f. 28, doc. 314).

Mallorca, 2 calandes setembre 1261 (31/08/1261).- Fra Arnau, prior provincial de la província d'Hispania, de l'ordre dels frares de la Penitència i lloctinent de fra Ramon, rector de la dita ordre, de consens i consell de fra Pere, prior de la casa de la dita ordre a Mallorca, i altres frares de la dita ordre, *concedimus et laudamus totam illam compositionem quam ordinavit fecit et statuit dictus frater Raimundus, rector dicte ordinis, cum venerabilis in Christo patre Raimundi Dei gracia Maioricarum episcopo et capitulo eiusdem Sedis cum instrumento inde confecto per manum Berrrandi de Borrello*, que se copia a continuació (ACM. GROC, f. 29, doc. 306).

Monestir de la Real, 17 calandes febrer 1265 (16/01/1266).-

Berenguer de Vilalta, procurador de Pere de Muredine ardiaca i paborde de la Seu de Mallorca, d'una part; i de l'altra part Pere Nunis, Miquel Nunis i Ferran Yanes, cavallers, davant fra Pere abat de la Real, fou moguda qüestió. Demanava l'ardiaca condemnar a dits cavallers a donar a l'església de Mallorca *omnes decimas integraliter omnium fructuum et animalium omnium possessionum quas tenent et possident per se vel alias in Civitate et Regno Maioricarum* i demana siguin condemnats a pagar 9.000 sous dels fruits de temps passat. Davant la contumàcia dels cavallers, que no han volgut acudir davant el jutge, aquest els condemna a pagar dita quantitat (ACM. GROC, f. 29, doc. 320).

Mallorca, 3 idus febrer 1265 (11/02/1266).- El 17 calandes abril 1265 (16/03/1266), mestre Pere de Muredine, ardiaca i paborde de la Seu de Mallorca, llegí davant nombrosos testimonis que se citen, *in domibus quas preponitus Terrachone habet in civitate Barchinone*,

*quasdam litteras citatorias sigillo dominus Maiorice episcopus*, en la qual se l'apremiava a lliurar el desè dels béns que el paborde Ferrer obtingué a Mallorca, per dotar la Seu de Mallorca; cosa que el predecessor vostre, Arnal de Gibot, postposà de complir (ACM. GROC, f. 29, doc. 321).

Mallorca, 17 calendes juny 1257 (16/05/1257).- Berenguer de Turriliis, ardiaca de la Seu, Jaume de Santa Eugènia, sacristà, Berenguer Bou en nom de mestre Vicenç, precentor, i Berenguer Pere en nom de Pere de Muredine, succentor, establim a Ferrera, vídua de Guillem de Manso, i Bernat fill comú, *illam peciam terre integriter* que el difunt assignà a la dita Seu *pro deeno cuiusdam raalli vocati de Aliub qui est in termino de Muntueri, in parrochia de Llucmaior, qui fuit dicti quondam Guillemi de Manso et illum habuit per alodium de cavalleris hominum Ville Franche, quam peciam terre vos dedistis et concessistis nobis cum instrumento dotacionis dicte Sedis*, que confronta per tres parts amb l'honor vostre del dit rafal, i per l'altra part amb garriga. A tasca i delme de tots els fruits. Més 12 sous RV d'entrada. I no proclameu altre senyor sinó nosaltres. Més 30 dies de fadiga (ACM. GROC, f. 33, doc. 283).

14 calendes agost 1280 (19/07/1280).- *Guillem de Vignariis, preponitus ecclesie Terrachone et capitulum eiusdem* constituïc i orden Pere de Sancta Digna, jurisperit de Tarragona, cert i especial procurador nostre *ad transigendum, componendum, pasciendum et alio modo vobis expedire videbitur ordinandum* amb Pere, bisbe de Mallorca i els altres prelats de la Seu *super illam petizione seu demanda quam ipsi dominus episcopus et prelati nobis faciunt de decimo terre quarundam alqueriarum et vinearum que habemus in Maiorice insula, ita quamdiu illis que habemus in insula antedicta* (ACM. GROC, f. 33, doc. 344).

4 calendes març 1283 (27/02/1284).- Ponç, bisbe de Mallorca, d'una part, i Guillem de Mata i Guillem de Devesia, preveres tinent les capellanies que don Ramon bisbe de Mallorca constituí a la Seu, com hi hagués controvèrsia *super juredicione, laudimiis et faticis possessionum quas idem dominus Raimundus predictis capellaniis assignavit, convenerunt idem dominus episcopus, volens graciā facere et se graciōse gerere cum predictis, cum consensu sui capituli ex una parte, et presbiteri supradicti altera super predictis in hunc modum: Quod jurediccio et fatica omnium predictarum possessionum prefatis capellaniis assignatarum remaneat nobis episcopo et successoribus nostros perpetuo illibata, ita tamen quod de peccunia et aliis que nobis episcopo et successoribus nostris pervenerit de jurisdiccione seu justiciis aut faticis et laudoismis predictarum possessionum seu partis alicuius ipsarum, teneamur dare vobis, predictis presbiteris et successoribus vestris, medietatem integrā. Que medietas possit ascendere pro qualibet vice usque ad decem libras RV et non amplius. Reliqua vero medietas et quicquid est ultra predictam summa decem libris de predictis justiciis aut faticis aut etiam laudoismis per nos dictum episcopum vel successores nostros percipietur in posterum remaneat*

*nobis episcopo et successoribus nostris sine inquietacione et molestia quam vos dicti presbiteri vel successores vestri non possitis facere in eadem* (ACM. GROC, f. 34, doc. 346).

5 calendes juny 1242 (28/05/1242).- Nos, Guillem de Montgrí, sagristà de Girona, venc a vós Ramon, bisbe de Mallorca *totam partem meam ab integro quam habemus ratione nostrarum cavalleriarum tam intus Civitatem Maioricis quam extra sive in termino de Canarossa et in valle de Solyer vel in aliis locis insule supradicte, cum universis domibus, operatoriis et censibus quos inde recipimus, et cum omnibus jurediccionibus in predictis et tota insula nobis pertinentibus et pertinere debentibus quoquomodo, et cum partem nostram quam recipimus in caloniis et justiciis curie Civitatis Maioricarum et juris tam in mari quam in terra competentibus et cum terminis et pertinentiis tocius predicti honoris, cum terris, pratis, pascuis, ortis, ortalibus, nemoribus, casis, silvis, devesis, montibus, planis, justiciis placitis, firmamentis hominum et feminarum ibi populatorum et cum omni jure quod habemus in milite feudatario ibidem statuto, cum agrariis, redditibus, exitibus et proventibus furnis et molendinis et invencionibus et omnibus jurediccionibus nostre in predictis omnibus per 1.000 morabatins bons, nous, alfonsins en or* (ACM. GROC, f. 34, doc. 153).

14 calendes agost 1280 (19/07/1280).- Sobre certa matèria en la qual tenen qüestió don Pere, bisbe de Mallorca, Ponç de Jardí, ardiaca i paborde, Jaume de Santa Eugènia, sacristà, i Guillem de Miravall, precentor, i el procurador de mestre Joan, paborde, d'una part, i Pere de Santa Digna, jurisper de Tarragona, procurador constituït per Guillem de Bagnariis, paborde, i pel capítol d'aquella Seu, d'altra part, sobre el desè d'algunes possessions i vinyes que el paborde i capítol de Tarragona tenen a l'illa de Mallorca, *videlicet de alqueria que vocatur Castellix et de raffallis quibus perveniunt dicto preposito Terrachone decem et octo morabatini censuales, et de alqueria vocata Maila et honoribus eiusdem, de qua perveniunt eidem preposito Terrachone undecim morabatini censuales, et de alqueriis vocatis Pila et Pilarela et Benimoget et honoribus earum, de quibus perveniunt eidem prepositum Terrachone duodecim morabatini censuales, et de vineis et honoribus qui sunt in termino de Incha, de quibus perveniunt eidem preposito sex morabatini censuales; quod deenum predicti episcopus et prepositi et prelati ecclesie Maiorice dicebant ad se pertinere ratione donacione et dotacionis facte a domino Jacobo, clare memorie quondam Rege Aragonum, Maioricarum et Valencie, comite Barchinone et Urgelli et domino Montispesulani per se et alias nobilibus et prelati ecclesiarum qui cum eo interfuerunt captioni regni Maioricarum et de voluntate ipsorum fecerat, sicut asserebant, ecclesie sive Maiorice sedi de deeno predicto, et super fructibus qui percepti fuerunt et poterunt percipi de dicto deeno temporibus retroactis. Tandem, venerunt ad amicabilem compositionem et transaccionem super predicta questione seu questionibus in hunc modum: quod ego, Petrus predictus de Sancta Digna, procurator Guillemi de Bagnariis, prepositi et capituli Terrachone, procuratorio nomine*

*eorumdem prepositi et capituli, in emendam concambium et compensacionem predicti deeni, dono, assigno et concedo vobis, dicto Petro, Dei gracia episcopo Maioricarum, et Poncio de Jardino, archidiachono et preposito eiusdem ecclesie et vobis, dictis sacriste et precentori, presentibus et recipientibus, pro nobis et pro dicto magistro Johanne, preposito, et pro omnibus aliis dicte ecclesie Maiorice imperpetuum, quinque morabatinos censuales super ortis cum arboribus diversorum generum et pertinenciis suis infra proxime scriptis, videlicet censuale trium morabatinorum minus quarta parte morabatini et totum dominium et aliud jus quod ecclesia Terrachone et predicti prepositus et capitulum eiusdem ecclesie habent et accipiunt et habere et accipere debent super toto illo orto cum arboribus diversorum generum et pertinenciis suis quem Petrus de Terracia habet et tenet per eosdem prepositum et capitulum in orta civitate Maiorice. Residuos vero duos morabatinos et quartam partem unius morabatini censuales dono, assigno et concedo imperpetuum vobis super censuali trium morabatinorum minus quarta parte unius morabatini quod Guillemus March donat et tenetur dare pro quodam orto cum arboribus diversorum generum et pertinenciis suis quem tenet pro predictis preposito et capitulo ecclesie Terrachone in dicta orta civitatis Maiorice et totum etiam dominium et aliud jus quod competit et competere potest et debet eisdem preposito et capitulo in predicto orto Guillemi March pro rata quantitatis predicte duorum morabatinorum et quarte partis unius morabatini. Salvis tamen preposito perpetuo eisdem preposito et capitulo ecclesie Terrachone et successoribus suis qui pro tempore fuerint perpetuo residuo medio morabatino censuali predicti orti Guillemi March et dominio, fatiga, laudimio et alio jure pro rata ipsius medii morabatini. Hanc autem donacionem, assignacionem et concessionem facio, procuratorio nomine predictorum, vobis, predicto domino Petro, Dei gracia Maioricarum episcopo, et Poncio de Jardino, archidiachono et preposito eiusdem ecclesie, Jacobo de Sancta Eugenia, sacriste, et Guillermo de Miravals, precentori, presentibus et recipientibus, pro vobis et pro dicto magistro Johanne, preposito, et pro aliis de capitulo predicte ecclesie Maioricarum et successoribus vestris in perpetuum de predictis omnibus pure, libere et absolute et sine omni retencione et condicione, et sicut melius dici et intellegi potest, ad salvamentum et bonum intellectum vestrum et dicti magistri Johannis et aliorum de capitulo dicte ecclesie Maioricarum. Et ex causa huius compositionis et transaccionis, procuratorio nomine predictorum, cedo vobis omnibus supradictis presentibus et recipientibus pro vobis et pro predicto magistro Johanne, preposito, et pro aliis de capitulo dicte ecclesie Maioricarum et eisdem absentibus et successoribus vestris in perpetuum, omnia loca, iura, voces et acciones que aliquo modo competunt et competere possunt et debent predictis preposito et capitulo ecclesie Terracone in toto predicto orto Petri de Terracia et pertinenciis suis et in censuali eiusdem et in alio orto Guillemi predicti March, pro rata quantitatis censualis quod vobis dono et assigno et concedo in eodem orto et contra quascumque personas et res ratione predictorum. Constituendo etc. El bisbe i pabordes de Mallorca accepten la donació i absolen els de Tarragona de qualsevol altra demanda i dels fruits que els puguin corresondre. S'hi reproduueix*

el nomenament de Pere de Santa Digna com a procurador del paborde i capítol de Tarragona (ACM. GROC, f. 39, doc. 345).

8 idus setembre 1269 (06/09/1269).- Trasllat d'una clàusula del testament de Bernat d'Escala qm, fet per mà del notari Bernat d'Arters el 8 idus setembre 1269: Elegesc marmessors Bernat Dalmau jurisperit, mestre Vicenç rector de l'església de Santa Maria de Sóller, i Bernat de Cerdanyola, als quals man que distribueixen els meus béns mobles i immobles i que els puguin vendre per tal de satisfer el què dispòs a continuació: Man que siguin pagats tots els meus deutes i injúries. Deix a Bernadó Dalmau fillol meu aquells honors i possessions que tinc a la vall de Sóller, que les vaig comprar al comte d'Empúries *cum cellario, domibus, locis et aliis omnibus vasis vinariis que ibi sunt et cum uno morabatino censuali quem mi dat Guillemus Guasch pro quodam trocio terre quem per me tenet iuxta cellarum, et decem solidos censuales quos mi dat Rovira pro his que de me tenet, cum omni jure meo et juridicione mi pertinentibus; ita quod de predictis donet dictus Bernardonus et sui perpetuo ob remedium omnium parentum meorum pro caritate pauperibus Ihesu Christi ad honorem Dei et gloriose virgine Marie matre eius et omnium successorum meorum et pro injuriis meis oblitis et pro animabus illorum quibus injuriatus sum verbo vel facto centum quarterias frumenti quolibet anno de Carniprivio quadragesime usque ad festum Pasche resurrecionis Domini in valle de Soler super tumulum meum duas quarterias frumenti quolibet die infra dictum tempus in pane cocto.* Item vull i man que el dit mon fillol doni cada any per l'aniversari de la meva mort, 3 morabatins *in pane dum suffecerint illi morabatini tres pauperibus Ihesu Christi super tumulum meum.* Item faciat ardere in ecclesia cathedrali beate Marie Sedis Maioricarum coram dicto altari beate Marie unam lampadam die nocteque perpetuo. Et unum cereum qui ardeat in missa ibidem in diebus sabbatis et aliis diebus festivis ut consuetum est de aliis cereis ante dictum altare Sancte Marie. Man al bisbe de Mallorca, guardià dels fra menors i prior dels frares predicadors que facin complir tot quant s'ha dit abans. De tot quant deix a mon fillol *man que duo presbiteri conducantur per manumissores meus per decem annos post decessum meum qui celebrent divina officia pro anima mea in ecclesia Sancti Bartholomei de Soler et exeant qualibet die super tumulum meum.* De la resta dels meus béns faig hereu universal Ramon de Castelló fill de Berenguer de Castelló de Girona *sub hac forma quod ipse donum pro hiis de quibus facio heredem meum universalem manumissoribus meis antedictis ad amonicionem eorum decem milia solidos RV; et dicti manumissores mei donent illi decem milia solidos anima mea in piis causis ad salutem anime mee.* Foren coneudes les presents clàusules del dit testament el pridié nones abril 1273 (ACM. GROC, f. 42, doc. 334).

Mallorca, 12 calendes abril 1243 (21/03/1243).- Ramon bisbe de Mallorca, establesc *ad benen laborandum et meliorandum* a Guillem Lobeti i muller Maria i fill Berenguer *alqueriam que dicitur de Saioles cum duobus raallis qui ibi sunt excepta alqueria que per nos tenet Arnaldus*

*de Pabia. Que omnia sunt in termino de Campis et illa omnia habuimus de parte Nunonis Sancii pro dotacione Sedis supradicte.* A tasca i delme de tots els fruits. *Preterea teneatis ibi assidue ad laboracionem huius honoris duo paria boum que ibidem miseritis incontinenti.* Més 40 sous melgoresos d'entrada (ACM. GROC, f. 43, doc. 164).

Mallorca, calendes octubre 1253 (01/10/1253).- El bisbe i pabordes de la Seu venim a composició amb vós, fra Ramon de Alberola, prior de la casa de Bellpuig d'Artà, en nom dels frares i convent de dicta casa *super medietatem decime molendariorum quam accipiebamus vel accipere consueramus, que vos vel dicta domus habet in termino de Artano in hunc modum: quod detis nobis et predicte sedi Maiorice pro predicta medietate decime septem quarterias ordei et septem quarterias frumenti boni et recipientis annuatim ibi recipiendas in festo Sancti Petri et Sancti Felicis ad rectam quarteriam Marioricarum* (ACM. GROC, f. 44, doc. 265).

Mallorca, 16 calendes juliol 1254 (16/06/1254).- El bisbe i pabordes de la Seu establism a Bernat de Colle i Guillem de Operatorio *unam peciam terre que est in termino vestri raalli, qui est in termino de Artano; que raallum et alqueriam quandam emistis per alodium de manumissoribus testamenti Bernardi de Terracia, olim defuncti, cuius raal et alqueria fuerunt. Quam dictam peciam terre nobis assignavistis pro deeno dicti raalli et alquerie, confrontant amb l'honor de Bellpuig, amb el vostre alou i in carraria que tenditur de ecclesia de Artano et transit per raallum predictum prout flexurie posite sunt et fixe.* Per un morabatí per Sant Pere i Sant Feliu, més el delme fidel. I no proclameu altres senyors sinó nosaltres. Més 30 dies de fadiga. Més 200 sous RV d'entrada (ACM. GROC, f. 44, doc. 267).

Mallorca, 3 nones novembre 1263 (03/11/1263).- El bisbe i pabordes de la Seu establism a Pere Boneti *medietatem ab integro decime omnium expletorum terre et fructuum arborum que nos recipimus et recipere et levare consuevimus in parte tua quam habes francham in alqueria de Mancor donacione Rotlandi Layni, excepto decimo bestiarii quod nos retinemus et non intelligatur in hac adquisizione, prout ex predicta decima compositum extitit inter nos et Bernardum Sacrista olim prepositum iamdicte Sedis.* Per 1,5 morabatins censals per Sant Andreu. I si no ens vols pagar aquest censal, nosaltres tindrem la meitat del delme que acostumam a rebre. No diu entrada (ACM. GROC, f. 45, doc. 312).

Mallorca, 3 nones novembre 1263 (03/11/1263).- El bisbe i pabordes de la Seu establism a Bartholomeo Terino, Egidio Terino, Petro Boneti, Berengario Barcherio et Bernardo de Alcatef tam pro hiis que tu tenes ibi ad proprietatem quam pro hiis que tenes nomine tutorie neptum tuorum filiorum quondam Guillemi de Vico, et vobis Borracio Serrador, Raimundo Galino, Petro de Alforgia, Bernardo Boneti, Romeo Balaguerii et Lupeto Serratori et vestris successoribus in

*eternum medietatem integriter decime omnium expletorum terre et fructuum arborum que nos recipimus et recipere debemus in supradicta alqueria, prout Bernardus Sacrista olim prepositus ipsius Sedis fecit nobiscum compositionem. Salvo nobis et penitus reservato decimo bestiarii quem non intelligatur in hac adquisicione. Pro censu dicte medietatis decimi predictorum et per medietate decimi dominii, excepto decimo bestiarii ut dictum est ens donareu per Sant Andreu 16,5 morabatins i el delme del bestiar tamen prout superius nobis successoribus nostris retinuimus. I si no voleu pagar la dita quantitat, ens donareu la meitat del delme, tal com es feia abans (ACM. GROC, f. 45, doc. 313).*

Mallorca, 7 calandes abril 1256 (26/03/1256).- Pere Caberoni *acolligo te Raimundum Teulerium et tuos perpetuo in medietate tocius adquisitionis quam feci a Dulcia, uxore quondam Ferrarrii de Granata, de alqueria que dicitur Fatiaibana que est in valle de Sporlis, in porcione domini Maiorice episcopi, cum medietate boum et omnium aliorum prout expressatur in instrumento stabilimenti.* I ho tinc per la dita dona sota jurisdicció del bisbe a cens de 100 masmodines portades a la Ciutat per Nadal, i a tasca i delme. Salvo 250 sous que el bisbe deu rebre després de morta la dita Dolça en dita alqueria per institució d'un prevere que instituí en la dita Seu Ramon Sabater, qm, germà de la dita Dolça. Amb la meitat dels acaptes que faig en la dita alqueria, més la part de les cases pertinent. Em donaràs també la meitat del delme i de l'agrer. Reconec haver rebut de tu la meitat de l'entrada que vaig pagar per la dita alqueria (ACM. GROC, f. 46, doc. 276).

Mallorca, 3 calandes octubre 1260 (29/09/1260).- Ramon Teulerius d'una part i Pere Caberoni, fill de Pere, d'altra part, feim divisió perpètua de l'alqueria dita *Fatiaibana que est in vallis de Sporlis, quam habemus medio per medium cum domibus, et illam tenemus per Dulciam filiam quondam Raimundi Sutoris sub jurediccione domini episcopi Maiorice ad censem centum macemutinarum jucefiarum in auro sine enganno annuatim dandarum dicte Dulcie in festo Natalis Domini*, que pagarem mig per mig. Hem fet la divisió i posat les fites en presència de Pere Teuler, Guillem Toreiò i Berenguer de Comalonga. Jo, dit Ramon Teuler, te don a tu, dit Caberó, *ultra partem tuam tibi assignatam, quinque olivarias que sunt in riaria prout venerint ad partem meam et sunt plantate in terra et solo tue tenedonis; quas quinque olivarias habeatis tu et tui ad tuas voluntates faciendas sine retentu meo et meorum. Salvis tamen et retentis in hac divisione pascuis, herbis et aquis que remaneant comuna inter nos in hac alqueria cum introitibus et exitibus eorundem exceptis ne migans et conangles qui non intelligatur esse comunes scilicet proprii cuiuslibet nostrum proveret in parte cuiuslibet. Ligna autem que sunt in garris sint comuna inter nos. Alia autem ligna que sunt in porcione cuiuslibet extra garris quilibet habeat ad suam voluntatem sine contrarietate et ad emprivio alterius. Ermessenda, muller de Ramon Teuler, i Dolça, muller de Pere Caberó, lloam la divisió (ACM. GROC, f. 46, doc. 299).*

Mallorca, 5 calandes juliol 1237 (17/06/1237).- Ferrer de Olzeto, batle i procurador de Nunyo Sanç a l'illa de Mallorca *dandi, dividendi, populandi et collocandi omnes honores, domos et possessiones quos et quas idem dominus Nuno Sanc in insula Majoricarum*, en nom del dit Nunyo dono, concedo et corporaliter trado vobis Orie uxori Dominici Falzo i et filie vestre maioribus diebus quam habetis de Guter Deiz et omnibus vestris aut quibus etiam volueritis nunc et imperpetuum quasdam domos in civitate Maioricharum, in porcione domini Nunone. Per un besant per Pasqua. Més 10 dies fadiga. Salvo cens, fadiga i domini del dit Nunyo. Les dites dones presten jurament i prometen *tenebimus perpetuo dictas domos populatas et quod erimus imperpetuum recte et fideles eisdem domino Nunone*. T. Pere de Rupe, Vidal Guasc i Ramon de Clusa (ACM. GROC, f. 68, doc. 70).

Mallorca, 15 calandes juny 1239 (18/05/1239).- Ramon, bisbe de Mallorca, establesc *ad bene laborandum et meliorandum* a Mestre Joan Magrini (o Magistri) *quadam alcheriam quod dicitur Xilbar que est juxta terminum Sancti Laurencii cum duobus casalibus molendinorum que ibi sunt, quorum unus ex ipsis casalibus dicitur Ayn de Xilbar et aliud dicitur molendinum de Safareg, que sunt in cequia fonte alquerie predicte de Xilbar. Que omnia vos habuistis racione adquisitionis quam fecistis de Epischopo Barchinone et procuratoribus suis com és de veure en l'instrument d'establiment.* I tot això pervingué a la part de la Seu de Mallorca per la dotació que féu dita Seu de Barcelona. *Predictam itaque alqueriam cum domibus eiusdem et cum fonte predicto et cum terminis et pertinenciis suis, cum terris, aquis, pratis, pascuis, herbis, lignis, vineis, arboribus diversorum generum et ipsa duo molendina cum suis casalibus et cum rego et capite rego et meatu aque predicti fontis, et cum omnibus adempriviis et utensilibus ad predicti duo casalia molendinorum pertinentibus et pertinere debentibus* vos establim per 12 morabatins bons, nous, alfonsins en or sense engany i a delme fidel per Sant Miquel. I tu i els teus *sitis habitantes vel teneatis ibi habitantes*. Més 10 dies fadiga, salvo cens i dret senyorial nostre. I jo non possim predicta dimittere. No diu les confrontes. Al marge inferior, en lletra posterior diu: *Son Termes. Vide actas Capituli de 1763, fol 100v* (ACM. GROC, f. 70, doc. 81).

Mallorca, 4 calandes agost 1239 (29/07/1239).- *De stabilimento quod Raymundus episcopus Maioricensis fecit Petro Basterio de quodam Petri de Comabella. Raymundus Dei gratia Maioricensis episcopus per nos et per omnes successores nostros episcopos Maioricis damus et stabilimus ad hedificandum, operandum et meliorandum tibi Petro Basterio et tuis successoribus in eternum quemdam ortum qui quondam fuit Petri de Comabela cum duobus hospiciis et una domo contiguis cum ipso orto, in quibus habemus quandam partem ipsorum ratione dotationis sedis Maioricis de portionem heredi sive heredum quondam Raymundi Alammani et Guillemi de Claromonte et aliam partem ipsorum habemus ratione predicte sedis*

*dotacione de cavaleriis quas habet in Maioricis Petrus de Alchoer, que omnia sunt in civitate Maioricarum in platea in qua venditur bestiare, et affrontant ipsa undique in mercariis ; et in domibus de portione Templi (plurii ?) et in domibus portionis hominum Marcili que sunt predicte sedis et ipsas nobis retinemus. Predictam itaque ortum et domus predictae prout superius affontant cum terra que est in ipso orto et omnibus arboribus diversorum generum et cum cenia que ibi est et cum solis et suprapositis ipsarum domorum, gutis, stillicidiis, tectis, parietibus, hostiis, ianuis, introitibus et exitibus omnium horum predictorum et cum porticis et cum anvanis et stabul que ibi facere volueris vel cum omnibus melioramentis ibi factis vel de cetero faciendis de abisso usque ad celum et generaliter cum omnibus ad predicta pertinentibus et pertinere debentibus quoquomodo damus et stabilimus tibi et tuis successoribus in eternum ad habendum, tenendum et in sane pace possidendum sub tali vero conditione hanc donationem tibi et tuis facimus quod pro censu inde exeunte et melioramento dabitis tu et tui nobis et successoribus nostris episcopis ipsius sedis annuatim imperpetuum in festo Sancti Michaele V morabatinos bonos, novos alfonsinos in auro sine enganno et non proclametis tu vel tui neque eligatis ibi alium dominum nisi nos et ipsam sedem Maioricis, liceatque tibi vel tuis post X dies exquo in nobis vel in successoribus eisepiscopis ipsius sedis fatigati eritis dicta omnia cum omni melioramento ad a te vel tuis facto vendere, impignorare, alienare vestro consimili, salvo tamen iure et senioratico nostro et ipsius sedis Maioricis in omnibus et per omnia, promitentes tibi et tuis dictam donationem semper facere habere et tenere in pace contra omnes personas sine enganno. Ad hec ego, Petrus Basterius, acaptator predictus, recipiens predictam donationem a vobis domino episcopo iamdicto per me et meos convenio et promitto vobis et sedi Maioricis quod predictum censum soluam semper de anno in annum et hedificabo et meliorabo in predictis ut dictum est bona fide sine enganno. Actum est hoc in Maiorica, III<sup>a</sup> kalendas augusti anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> nono. Ego Raymundus Maioricensis episcopus subscribo. Signum Petri Baster qui hec laudo et concedo. Signum Roberti de Pulcrovicino. Signum Berengarii Rubey. Signum Maymonis Lunes. Signum Rotlandi Layni testium. Signum Bernardi de Arters notarii publici Maioricis qui hec scripsit (ACM. GROC, f. 70, doc. 83).*

Mallorca, 11 calandes setembre any de l'encarnació 1239 (22/08/1239).- Ramon, bisbe de Mallorca, per Nos i els nostres successors prelats i canonges *recognoscimus vobis domino Nunoni Sance quod vos retinetis in compositione quam nobiscum facitis dominium in domibus Johannis Abinnaser quas habet in Almudayna in vita sua tamen. Tali condicione quod nos accipiamus in vita sua et post censum ipsarum domorum. Et si forte dictus Johannes Abinnacer recesserit de partibus istis omnino vel mutaverit se proprio in porcione vestra quod incontinenti dictum violarium in jus, dominium et proprietatem dicte ecclesie continuo devolvatur sine aliqua retencione vestram et vestrorum. Et si forte ipse Johannes Abinnacer interim venderet domos predictas nostrum laudismium et foriscapium habeamus.* Firma Ramon, bisbe de Mallorca. Firma

Nunyo Sanç per mà de Ramon Carles, de manament del dit Nunyo i per veu de mestre Joan, notari seu. T. Fra Arnau, de l'orde dels menors, fra Arnau der Guardia, de l'orde de Predicadors, fra Bertran de Calatrava, Bertran Dalfi canonge de Barcelona, Ramon de Podio, Bernat de Sacrista, Dalmau de Sancto Martino, Pere de Ruppe, Marti Petrus de Si, Garcia Gosalbiz, Ferrer de Olzeto, mestre Joan, Garcia Hugo, Ramon de Fonte, Ramon Cortes, Ramon Gayol, Domingo Xanxo. Signa Bernat d'Arters, notari públic de Mallorca, qui ho escrigué (ACM. GROC, f. 71, doc. 84).

3 idus març 1244 (13/03/1245).- Berenguer Moragues i muller Sibil·la venem a Silvestre Dertusa i muller Rama *quasdam domos in civitate Maioricarum quas habemus ex donacione quam mi Berengario Moragues fecerunt Raymundus de Cunies, Johannes Mathei et Berengarius Loracho, tunc temporis partitores illius carrarie quam dominus Rex dedit hominibus Dertuse, in ipsa carraria, prout in instrumento donacionis continetur. Item vendimus vobis duos casallos contiguos dictis domibus quos Berengarius de Monte regali, tunc temporis baiulus domini Regis, ex eius parte, dedit mi Berengarii Moragues prout in instrumento inde confacto continetur. Que omnia afrontant ex duabus partibus in singulis viis, et ex alia parte in carraria et in ecclesia Sancti Spitirus, et ex quarta parte in domibus Martini Serrano.* Pere 260 sous melgoresos. Tot per alou franc i lliure (ACM. GROC, f. 76, doc. 189).

Mallorca, 6 noches juliol 1244 (02/07/1244).- Ramon, bisbe de Mallorca, de consens del Capítol, establim *ad bene laborandum et meliorandum* a Berenguer Beloti (Bellot) i muller Elisenda Bardoya *unam jovatam et dimidiam terre in alqueria quod dicitur Lampa et modo dicitur Roya, que est in termino de Catino, quas habemus ratione dotacionis Sedis nostre de porcione Gastonis. Predictam itaque unam jovatam et dimidiam terre cum domibus illius alquerie pertinentibus ad ipsam unam jovatam et dimidiam terre et cum terminis et pertinentiis suis, etc* vos establim per 10 quarteres de forment bo, pulcre i rebedor i a recta mesura de Ciutat, portades al palau episcopal per Sant Pere i Sant Feliu, més el delme fidel. Més 30 dies fadiga (ACM. GROC, f. 77, doc. 177).

Mallorca, 6 idus setembre 1242 (08/09/1242).- Berenguera, vídua de Bernat de Yspania (Espanya), venc a Arnau Andreu, canonge de Mallorca, *quasdas domos que sunt intus Almudainam Civitatis Maioricarum, que modo sunt de porcione Sedis Maioricarum, salva fatiga (...) quas domos dictus vir meus emit de Roderico de Serra, qui eas acaptavit de Dalmacio de Merita, procurator Guillemi de Moncada.* Aquestes cases em pertanyen en virtut d'esponsalici fet amb mon marit. Afronten: *In via = Hort de Ferrer de Sant Martí = In porcione que fuit domus Templi = In vicario.* Dites cases *cum solis et supraponitis, hostiis, ianuis, tectis, parietibus, introitibus et exitibus suis et cum omnibus sibi pertinentibus et pertinere debentibus de abisso usque ad celum* te les venc per 133 sous melgoresos (ACM. GROC, f. 78, doc. 158).

Mallorca, nones març 1243 (07/03/1244).- Ramon bisbe de Mallorca, establesc a Ramon de Viridaria *quendam rafallum quem tenuit Petrus Laurencius qui est in termino de Catino, quem nos habuimus de cavalleriis Episcopi Gerundense pro dotacione Sedis Maioricarum.* Per mitja tasca i delme de pa, vi, oli, lli i cànem. *Et teneatis tu et tui locum predictum condirectum et populatum.* No diu entrada (ACM. GROC, f. 79, doc. 172).

6 idus novembre 1250 (08/11/1250).- Arbert Fort i muller Ermessenda venen a Arnau Benedicto, prevere constituit a la Seu per Nunyo Sanç, *duos bizancios censuales cum omni dominio et senioratico nostro que et quos nos habemus et accipimus in quibusdam domibus que sunt intus Civitate Maiorice, in porcione domini Regis quod tenebat infans Portugale quondam, unum quorum bisanciorum dat et nobis facit Berengarius Ermengaudi pro quadam parte predictarum domorum, et alium bisancium facit et dat nobis Maria tendera pro alia parte jamdictarum domorum; que domos, simul cum una tabula macelli maiori, per dominum Regem et suos ad censem unius morabatini tenemus annuatim in festo Natalis domini daturi.* Salvo cens, dret, fadiga i domini del Rei. Diu les confrontes, dues de les quals són dos carreres. Per 90 sous RV (ACM. GROC, f. 80, doc. 258).

8 calandes setembre 1245 (25/08/1245).- Ramon bisbe de Mallorca establesc a Pere Andree i Pere Egidio, *equis porcionibus, medietatem illius placee que est de cantone portalis Sancte Margarite usque ad carriam que transit infra hec et ortum Mironis, que omnia sunt in civitate Maioricarum, in loco que dicebatur tempore maurorum Azoch, pro ut vobis assignata fuit de porcione Sacriste Gerundense, que est nostrum ratione empacionis nostre ab eodem nobis facte.* Afronta la dita meitat: *In carraria que est ibi ante puteum, et ex alia parte in alia carraria que est infra hec que vobis damus et ortum Mironis, et ex aliis partibus in porcione Bernardi de Sancta Eugenia et in orto Sancte Margarite.* Per 1,5 morabatins per la mare de Déu d'agost. Més 25 sous melgoresos d'entrada (ACM. GROC, f. 82, doc. 200).

11 calandes abril 1246 (22/03/1247).- Els pabordes de Mallorca estableixen per alou a Guillem de Turricella *illud operatorium cum soleriis que sunt in civitate Maiorice ante ecclesiam primam que dicebatur Sancti Jacobi; quod operatorium cum soleriis est modo cellarium, et de parte episcopi Gerunde predicta venerunt ad partem seu dotacionem sedis Maiorice, et modo tenes per nos nomine preponite ad censem unius macemutine annuatim dature in festo Sancti Michaelis,* confrontada per dues parts amb carreres, i per altra part *in operatorio quod Raimundus de Verdaria tenet per dominum episcopum Gerunde, et ex alia parte in domibus Raimundi Ferrarie quas tenet per nos.* A canvi jo, dit Torrella, vos don a vosaltres, pabordes, per alou, *illas domos ab integro cum orto que sunt intus Almudaynam civitatis Maiorice, et ipsa omnia per me*

*tenet Berengaria de Yspaniuad censum unius morabatini per Sant Miquel.* Confronta amb carrera pública, *et ex alia parte in domibus que sunt Berengarii de Portiano et in partita domus Templi, et ex alia in domibus Ferrarrii de Sancto Martino et in domibus que fuerunt Arnaldi de Sancta Cruce, et ex alia parte in orto archidiachoni Maiorice* (ACM. GROC, f. 83, doc. 218).

Mallorca, 5 calandes setembre 1245 (28/08/1245).- Ramon bisbe de Mallorca, i mestre Joan i Bernat de Sacrista, pabordes de la Seu, establím a Pere de Pontons *deenum illius terre quam tu emisti a manumissoribus testamenti Berengarii Companni, pro ut illud deenum nobis assignavisti versus caminum de Soler; qua terra est in termino civitate Maioricarum, in chavalleriis hominum Barchinone.* Per un diner corrent de Mallorca més el delme fidel (ACM. GROC, f. 84, doc. 201).

6 nones març 1246 (02/03/1247).- El bisbe i pabordes de Mallorca establím a Arnau de Sancta Cecilia *unam jovatam et dimidiam terre in alqueria Raal Albagal, et dicitur vulgariter alqueria del Mul, que est in termino civitatis Maiorice, quam nos habemus ratione dotacionis sive deeni predicte sedis de parte Sacriste Barchinone.* Per 2 morabatins pere Sant Miquel i delme fidel. Més 30 dies de fadiga. No diu entrada (ACM. GROC, f. 85, doc. 216).

4 idus octubre 1247 (12/10/1247).- El bisbe i pabordes de la Seu establím a Pere Carrioni i Arnau de Olivis *deenum illius pecie terre que est inter caminum de Soler et caminum Vallis de Mossa, in termino civitatis Maiorice,* en porció dels homes de Barcelona. *Et tenetis illam peciam terre pro Berengario de Moncada.* Aquest desè confronta amb l'honor que teniu per Berenguer de Montcada. Per mitja masmodina per Sant Miquel i delme fidel. Més 30 dies de fadiga. No diu entrada (ACM. GROC, f. 86, doc. 223).

de Simó d'Olives i germana de dit Bartomeu que menjà a l'hospici de dita Francisca llarg temps- 20 lliures RM pagadores la meitat per Nadal i la meitat al Nadal pròxim. El Bartomeu ha de pagar cada any a la Seu 29 sous i al monestir de Jonqueres 41 sous 6 diners per les possessions de Fornalutx que foren d'Arnau Clavell pare seu qm. Dita Francisca, com a hereva de Berenguer de Calidis qm, rebi quities aquelles 29 lliures 2 sous que foren constituïdes en dot a Maria, filla de dit Berenguer Clavelli qm, amb Jaume de Calidis per Blanca, muller de dit Berenguer qm i son fill Arnau (ACM. Pergamí 8878/7).

## ARXIU DIOCESÀ DE BARCELONA

### *Mensa Episcopal*

17 calendes maig 1236 (15/04/1236).- Ramon Berenguer d'Àger i Bernat de Bell-lloc definim i evacuem al bisbe de Barcelona l'alqueria *Abendiner* i els honors, alqueries i rafals de *Gorgayra* i de *Porrassa*, així com els camps i honors anomenats *Fedeyn Alquila* situats vora la murada i la porta Plegadissa de la Ciutat, *per quam portam intrant aque pluviales tempore pluviali*, sense cap tipus de retenció. A canvi dels drets sobre aquestes possessions, reconeixem haver rebut del bisbe 250 morabatins alfonsins en or. I nos, Berenguer, bisbe de Barcelona, definim a Ramon Berenguer d'Àger dues alqueries innominades que tenim i que tu ja tens a la vall de *Barachim*, sense cap vincle ni retenció. Notari: Pere de Bages de Barcelona (Mensa Episcopal. Mallorca. Títol XVII, pergamí 5-A).

## ARXIU DIOCESÀ DE GIRONA

### *Pergamins de la Pia Almoina*

Pridie nones gener 1233 (04/01/1234).- *Sit notum cunctis quod nos, Bernardus, Dei gratia Sancti Felicis Guixalensis abbas, per nos et omnes nostros successores facemur bene esse paccatos a domino Guillemo Episcopo Gerundensis et vobis Guillemo de Turricella, procuratore eiusdem in insula Maioricis, et ab omnibus vestris, scilicet, de tota ipsa divisione quam adiuncte fecimus usquam in odernum diem super ipsas partes quas nobis in Maiorice insula pertinebant, predictam quidem divisionem ut supradictum est cum hac publica scriptura perpetuo valitura facemur semper ratam et stabilem habere et servare et meique de cetero eadem aliquo modo convenire, excepto tantum jure nostro et omnium nostrorum in omni honore qui est ad locum qui vocatur Felenig, in quo totum jus nostrum excipimus et insolidum retinemus. Actum est hoc pridie nonas ianuarii anno Domini Mº CCº XXXº tercio. Bernardus, Dei gratia Guixolensis abbas hec laudat. Arnaldus monacus et sacrista. Arnaldus de Burano monachus. Jacobus Monachus. Berengarius Petrus camararius. Signum Petri Laurencii. Signum Raymundi de Verdera. Signum Arnaldi cellararii testium. Petrus Lan capellanus publicusque notarius Guixalensis hec scripsit die et anno quo supra (ADG. Pergamins de la Pia Almoina, nº 218/5).*

15 kalendas octubre 1232 (17/09/1232).- *Pateat cunctis quod nos Guillemus, Dei gratia gerundensis episcopus, damus, concedimus perpetuo et laudamus tibi, Guillemo de Turricella, nepote meo et tuis in insula Majoricis, unam alcheriam in termino de Muro que vocatur Tanquar que habet septem jovatas, et aliam in eodem termino que vocatur Morel que habet sex jovatas, et aliam in termino de Cantin que vocatur Guerrada que habet tres jovatas, et meliorem alqueriam que eveniat ad partem nostram quam honores de Sulier dividentur, et partem nostram cuiusdam terre que est in termino civitatis Maioricis que dividitur ex una parte in honore comitis Ympuriarum et ex alia in honore Hospitalis et ex aliis in carraria, et quodam molendinum quod est in rego de ascequia qui intrat vel discurrit per villam Majoricis super molendinum prepositi Terrachone, et quoddam casale molendinorum cum molendinis quod casale habemus ad dividendum cum comite Ympuriarum et cum abbe Sancti Felicis Guixolensis in termino de Muro, et dominium illorum operatoriorum de ferraria in quibus accipiebamus annuatim quinque masmotinas que terminantur ex una parte in honore comitis Ympuriarum et ex alia in honore Nunonis comitis Rossilione et ex alia in honore abbatis Sancti Felicis Guixolensis et ex alia in carraria, et domos quas tenuisti pro nobis infra villam Maioricis que terminantur ex una parte in honore abbatis Guixolensis et ex alia in carraria et ex alia*

*in honore Hospitalis et ex alia in orto quem tent Raimundi de Pexonad, et furnum de  
Sancto Jacobo cum suis afrontacionibus qui terminatur ex una parte in honore comitis  
Ympuriarum et ex alia in riparia et ex alia in domibus quas Ademarius Fusterius tenet  
pro nobis et ex alia in carraria, et quandam laboracionem que dividitur ex una parte cum  
alcheria de Tricesima quam comes Ympuriarum habuit et ex alia cum alqueria de  
Alaqantin, et domos quas Bernardus de Spania tenet pro nobis in Almodayna de quibus  
donat pro censu unum morabatinum que afrontant ex una parte in domibus Raymundo  
de Sancto Martino et ex alia in domibus Templi et ex alia in carraria publica que intrat  
Almudaynam et ex alia versus meridiem. Hec inquam omnia superius nominata tibi et  
tuis laudamus, concedimus perpetuo atque damus cum omnibus melioramentis,  
augmentacionibus, suprapositis, tenedonibus, afrontacionibus et pertinenciis suis sicut  
melius dici, intellegi vel excogitari ad tuum tuorumque comodum et utilitatem ad omnem  
tuam voluntatem ibi et inde perpetuo faciendam, ita quod nobis vel successoribus nostris  
pro predictis omnibus universaliter vel particulariter aliquid facere vel de aliquo  
respondere non tenearis nisi pro XX cavallariis tantum ad insule nomine defensionem  
cum a nobis vel a successoribus nostris fueritis requisitus. Et si etiam tam tu et tui quam  
aliqui alii ad quos dicti honores vendicione, obligacione vel aliqua alia alienacione  
pervenient in futurum sitis quieti penitus et inunes ab omni laudisimo et servicio quod  
inde nobis vel alicui alii non faciatis nec facere teneamini pro predictis eo servicio viginti  
cavalliarum salvo quod nobis et successoribus nostris facietis secundum quod  
inhabitantes insulam nominatam servicium ficerint pro viginti cavallariis, promitentes  
contra dictum donum nunquam venire set semper observare et facere inviolabilitar  
observari quis hoc rumpere voluerit non valeat. Actum est hoc XV<sup>a</sup> kalendas octobris  
anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> secundo. Signum Guillemi, Dei gratia gerundensis episcopi.  
Signum Raimundus de Monterubeo, gerundensis archilevita. Ego Guillelmus de  
Montegrino, gerundensis sacrista, subscribo. Ego Raimundus de Albuciano, Bisuldnis  
archidiaconus, subscribo. Ego Raimundi de Basso, abbas Sancti Felicis Gerundensis,  
subscribo. Signum Guillemi de Cartiliano. Signum Berengarii de Pineto. Guillelmus de  
Villanova. Petrus de Caciano, gerundensis perceptor. Ego Bernardus Guaufredi,  
subscribo. Signum Guillelmus de Solario, gerundensis ecclesie canonicus. Signum. Ego,  
Marchesius, gerundensis canonicus, judex ordinarius, subscribo. Hoc probat Arbertus,  
dicte sacrista secundus. Signum. Ego, Bernardus Curtesius, gerundensis canonicus,  
subscribo. Signum Bernardus de Guexanis, subscribo. Signum. Ego, Johannnes de Sancta  
Leocadia, presbiter et canonicus, ut testis subscribo. Signum. Berengarius de Lacustaria,*

*presbiter et thesaurarius. Bernardus de Villafreserio, presbiter. Signum Guillemi de Corneliano, gerundensis presbiteri canonici. Ego, Petrus de Cistella, presbiter canonicus ecclesie gerundensis, subscribo. Signum. Ollarius, notarius domini Guillemi gerundensis episcopi hoc scripsit cum literis suprascriptis in XIII linea die et anno quibus supra. Per isto instrumento pendebat sigillum cum sirico coopertum de corio nigro (ADG. Pergamins de la Pia Almoina, n° 220/1).*

*3 kalendas febrer 1233 (30/01/1234).- Hoc est translatum fideliter factum a quodam instrumento cuius tenor talis est. In Dei nomine manifestum sit omnibus quod nos, Guillemus, Dei gratia Gerundensis episcopus, per nos et per omnes nostros successores donamus in feudum ad consuetudinem Barchinone tibi Guillemo de Sancto Martino et tuis successoribus in eternum quatuor jovatas terre de illis octo jovatis quas habemus in villa de Muru cum tercia parte domorum et placearum, de portione quam habemus in eadem villa de Muru. Et unum ral de duabus jovatis que sunt stabilite, que se tenent cum alqueria Barchinoni et Petri Scutarii. Et medietatem alquerie que dicitur de Vilalba et sunt octo jovate. Et alqueriam ab integro que dicitur de Guaals; que omnia sunt in termino de Muru. Et decem morabatinos censuales de quibus nobis donant annuatim Clavellus et frater suus quinque morabatinos, et Raimundus de Aurenga alias V morabatinos, per honore scilicet que dicitur de Monte Regali quem per nos tenent in valle de Soller; et nihil aliud dicto Clavello vel fratri suo nec dicto Raimundo de Aurenga valeas exigere neque in eorum tenedonibus nisi tamen predictos X morabatinos. Item donamus tibi et tuis successoribus imperpetuum ad feudum ut dictum est medietatem cuiusdam molendini ab integro quod Petrus de Villari tenebat quod cum Comiti Empuriarum habemus medium per medium in valle de Soler. Item damus tibi et tuis successoribus in feudum ut dictum est quamdam vineam cum olivariis que juxta sunt, et cum terra in qua sedent, que omnia Guillemus de Turricella assignavit Raimundo de Sancto Martino, fratri tuo, in illa costa que est infra mansum Raimundi Constantini et Montem Regalem. Hec inquam omnia supradicta tibi donamus in porcione nostra insule Maioricharum cum exitibus et ingresibus et pertinentiis et tenedonibus et cum omnibus suis terminis et domibus et terris et vineis et aquis et pratis et pascuis et ortis et ortalibus et arboribus diversorum generum et cum omnibus apparatibus dicti molendini et meatu aque et cum omnibus juribus suis et proprietatibus et integratibus et cum omnibus aliis in eis habentibus eisque qualicumque modo pertinentibus, in hunc videlicet modum, quod pro predicta donacione tu et tui teneatis equum et arma et guarnicionem corporis et equi*

*ad defensionem Regni Maioricarum pro partita nostra et in numero nostro et ad honorem nostrum et nostrorum successorum et faciatis nobis et nostris successoribus ostem per omnes insulas baleares ad consuetudinem Barchinone. Et si forte inde absens fueris, teneas ibidem unum militem qui dictum tuum completum faciat ad honorem nostrum et nostrorum successorum. Et si forte tu vel tui ibi aliquas feceritis fortitudines dabitis inde irati et paccati potestatem nobis vel illi qui locum nostrum tenuerit in Maioricis ad consuetudinem Barchinone. Et sic habeatis tu et tui omnia supradicta et teneatis et possideatis et expletetis ad dandum, vendendum et impignorandum et alienandum et ad omnes tuas tuorumque voluntates faciendas tuo consimili qui de predictis omnibus et suprascriptis nobis et successoribus nostris teneatur. Ad hec ego Guillemus de Sancto Martino recipiens hanc donacionem a vobis domino Guillemo, Dei gracia Gerundensis Episcopo, promito vobis sub fide hominagii a me personaliter vobis prestiti hec omnia predicta observare et atendere bona fide et essere semper vobis et vestris successoribus legalis et fidelis sine omni mal ingenio. Actum est hoc III<sup>a</sup> kalendas februarii anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> tercio. Signum Guillemi, Dei gracia Gerundensis episcopi. Signum Guillemi de Turrucella. Signum Bernardi de Talata. Signum Johannis Anyaldeus. Signum Guillemi de Rovira. Richardus de Oscha, qui hoc scripsi mandato Bernardi Stephani, Gerundensis canonici et publici notarii. Bernardus Stephani, Gerundensis canonicus et publicus notarius, subscribo. Signum Andree de Seva, notarii publici Maioricis, testis. Signum Guillemi de Cuni, notarii publici Maioricis, testis. Signum Guillemi Natalis, notarii publici Maioricis, qui hoc translatum a suo originali instrumento fideliter sumptum scripsit et clausit VI<sup>a</sup> kalendas iunii anno Domini millesimo CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> nono (ADG. Pergamins de la Pia Almoina, nº 226).*

12 kalendes març 1233 (18/02/1234).- *Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius tenor talis est. Notum sit cunctis quod nos Guillemus, Dei gratia Gerundensis Episcopus, per nos et omnes nostros successores donamus in feudum ad consuetudinem Barchinone tibi Raymundo de Viridaria et omnibus tuis successoribus in eternum totum jus et dominium quod habemus in illis duebus alqueriis que sunt octo jovate quas Raymundus de Ylice per nos tenet intus terminos de Muru, et jus et dominium quod habemus in illa alqueria de tribus jovatis quas Guillemus Rubei et Vives ibidem per nos tenent, et jus et dominium quod habemus in illa alqueria de tribus jovatis quas Petrus Andreas ibidem per nos tenet, et jus et dominium quod habemus in illo arraal de duobus jovatis quod Raimundus Johannes et uxor eius Barchinona ibidem per nos tenent, et jus*

*et dominium quod habemus in illa alqueria quod Rovira ibidem per nos tenet in quam sunt quatuor jovate. Item damus tibi et successoribus tuis imperpetuum ad feudum similiter ad consuetudinem Barchinone tercium quod accapimus in illo molendino de Cechano quod tu et Bernardus Medici per nos tenetis juxta civitatem Maioricis et totum jus et dominium quod in dicto molendino habemus, et duas libras cere quas accapimus censuales in illis tuis domibus quas per nos tenes intus villam Maioricis. Item damus tibi et successoribus tuis imperpetuum in feudum similiter quinque morabatinos censuales quos Raymundus de Ylice singulis annis nobis dare tenetur per honore de Monte Regali quod per nos tenet in valle de Soler, et alias quinque morabatinos censuales quos Viaderius nobis dare tenet per honore de Monte Regali que ibidem per nos tenet. Set pro predictos decem morabatinos in hiis honoribus dicti Raymundi de Ylice et Viaderii tu nec tui tercium neque laudismium non exigeatis sicut inde nobis retinemus, set pro predictos decem morabatinos tu et tui possitis dictos honores emparare et tenere donec de predictis X morabatinos vobis plenarie satisfiant. Que omnia predicta tibi damus in porcione nostra insule Maioricis, ita videlicet quod per predicta donacione tu et tui teneatis equum et arma et guarnizione corporis et equi ad defensionem Regni Maioricarum pro partita nostra et in numero nostro et ad honorem nostrum et nostrorum successorum. Et faciat nobis et nostris successoribus ostem per omnes insulas baleares ad consuetudine Barchinone. Et si forte inde absens fueris teneas ibidem unum militem qui dictum tuum complementum faciat ad honorem nostrum et nostrorum successorum. Et si forte tu vel tui feceritis ibi aliquas fortitudines dabitis ibi irati et paccati potestatem nobis vel illi qui locum nostrum tenuerit in Maioricis ad consuetudinem Barchinone, et ita hec omnia habeatis tu et tui teneatis, possideatis et expletatis ad dandum, vendendum, impignorandum et alienandum et ad omnes tuas tuorumque voluntates facendas tuo consimili qui de predictis omnibus et subscriptis nobis et successoribus nostris teneatur. Ad hec ego Raymundus de Viridaria recipiens hanc donacionem a vobis domino Guillemo, Dei gracia Gerundensis episcopo, promito sub fide homagii a me personaliter vobis prestiti hec omnia predicta observare et atendere bona fide et vobis et successoribus essere fidele et legale bona fide et sine malo ingenio. Actum est hoc XII kalendas marci anno Domini M° CC° XXX° tercio. Signum Raimundi de Viridaria, qui hec firmo firmarique rogo. Signum Guillemi, Dei gracia Gerundensis episcopo, qui hec concedit et firmat hac posita condicione quod tu, predicto Raymundus de Viridaria et successor tuus per te quicumque fuerit, tenearis esse miles vel militem loco vestri tenere, qui predictum militis servicium faciat sicut dominus rex vel tenens locum ipsius hexegerit. Signum*

*Guillemi de Turrucella. Signum Arnaldi de Villafredario. Richardus de Oscha, qui hoc scripsi mandato Bernardi Stephani, Gerundensis canonico et publici notarii. Bernardus Stephani, Gerundensis canonicus et publicus notarius, subscribo. Signum Geraldii de Marina, notarii publici Marioricis, testis. Signum Bernardi de Sancto Justo, notarii publici Maioricis, testis. Signum Jacobi Gradu, notarii publici Maioricis, qui hec scribi et translatari fecit a suo originali instrumento cum literis rasis et emendatis in linea secunda ubi dicit "alqueria de" nonas iunii anno Domini M° CC° LXXX° nono (ADG. Pergamins de la Pia Almoina, n° 227).*

3 nones novembre 1245 (03/11/1245).- *Notum sit cunctis quod nos Guillelmus, Dei gracia Gerunde Episcopus, per nos et omnes successores nostros damus, laudamus, concedimus et stabilimus tibi, Guillemo de Turricella, militi, nepoti nostro, et tuis imperpetuum cum ista presenti carta omni tempore valitura alqueriam que dicitur Alchantin et sunt quinque jovate in termino de Moro juxta tua molendina, et alqueriam que dicitur Luchalcarrat quam Johannes baptizatus et Maria de Sancto Felice tenent et est una jovata in termino de Muro, et alqueriam que dicitur Malazem quam tenet Berenguer Medicus et sunt quinque jovate in termino de Moro, item alqueriam que dicitur Beniyazet quam tenet Bernardus Scutifer et sunt sex jovate in termino de Moro, et alqueriam que dicitur Abrafim Addub quam tenet Bernardus de Palacio et Berengarius de Palacio et sunt tres jovate in termino de Moro. Item damus similiter quatuor aureos censuales quas donat Arnaldus de Planis per duobus ortis et duobus hospiciis en villa et orta de Soler sicut in carta sua plenius continetur, et illud hospicium quod tenet Barcelonus per nos ad censem unius libre cere in civitate Mayoricharum sicut afrontat ex duabus partibus in viis et ex alia parte in domibus Bernardi Medici et ex alia parte in domibus Ademarii quas per nos tenet; ita tamen quod tu vel tui successores terciam nec laudismium non exhigeat per predictis aureis, censualibus et libra cere, set imperpetuum remaneant nobis et successoribus nostris, hoc excepto quod tu et tui per dicto censu possint dictos honores emparare et tenere donec de predicto censu tibi et tuis plenarie satisfiat; item damus tibi et tuis simili modo molendinum quod est ad introitum valle de Soler juxta honorem prepositi Celsone scilicet medietatem per tua parte sicut alii milites accipiunt et aliam medietatem in computo sex aureorum, et ita sunt ibi completi decem aurei. Hec idem omnia predicta et singula sicut superius scripta sunt cuique terminis, tenedonibus ac pertinentiis suis per omnia loca pertinentibus vel pertinere debentibus damus tibi et tuis imperpetuum per quadam cavalaria in hunc scilicet modum quod per*

*jamdicta donacione tu et tui successores teneantur semper equum et armaturam et  
guarnicionem corporis et equi ad defensionem regni Majoricarum tenere per partida  
mea et ecclesie Gerunde et in numero nostro et ad honorem nostrum successorumque  
meorum, et faciant nobis et successoribus nostris hostem per omnes insulas baleares ad  
consuetudinem, et si forte tu vel tui absentes fuerint hiis predictis teneant ibi unum militem  
qui complementum tuum faciat ad honorem nostrum successorumque meorum; et si forte  
tu vel tui ficerint ibi aliquis fortitudines dent irate paccatique potestatem nobis vel aliqui  
locum nostrum tenerint in Maioricis ad consuetudinem Barchinone; et ita hec omnia  
predicta et singula cum suis tenedonibus et pertinentiis tu et tui habeant, teneant,  
possideant et expletent ad dandum, vendendum, impignorandum, alienandum et ad omnes  
tuas turoumque voluntates consimili modo faciendas qui de predictis omnibus nobis et  
nostris fideliter teneantur. Actum est hoc III<sup>a</sup> nonas novembris anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup>  
quinto. Signum Guillermi, Dei gracia Gerunde Episcopi. Signum Guillermi Gaufredi,  
Gerunde presbiter canonici, huius rei testis. Signum Guillemi de Corniliano, Gerunde  
presbiteri canonici, huius rei testis. Ego Guillemus de Salis, canonicus Sancti Felicis  
Gerunde, huius rei testis. Petrus Vitale, notarius domini Episcopi, qui hoc scripsit die et  
anno quo supra (ADG. Pergamins de la Pia Almoina, nº 230).*

Sense data (s. XIII). Còpia del 8 idus agost 1317 (06/08/1317).- *Hoc est  
translatum sumptum fideliter a quibusdam scripturis scriptis et contentis in quodam libro  
seu registro quem seu quod olim consueverunt tenere templarii in Maioricis, et quem seu  
quod modo tenent jurati Maioricis in ecclesia Sancti Andree civitatis Maioricarum  
videlicet de divisionibus terre Maioricarum que facte fuerunt per illustrissimum dominum  
Jacobum quondam bone memorie Regem Aragonum et per magnates et alios qui venerunt  
ad captionem terre Maioricarum de manibus inimicorum fidei cristiane, quarum  
scripturarum series sic se habent. Et primo de prima scriptura: "Hic incipimus ad  
dividendum terram extra civitatem mayamitze Mayorcha quismen et medietatem unius  
partis que contigit domino Regi Aragonum et partitionariis suis est illud quod vocatur jazu  
Inqua, jazu Polenza, jazu Xisneu, et Petra, jazu Arta, jazu Montueri, jazu de la montania  
et medietatem de albufera; et aliam medietatem contigit magnatibus et suis partitionariis,  
jazu Alafuetz, Badeladi Bata, Menhulel Medina, jazu Mozo et Buniola, jazu de  
Canarossa, jazu Soliar, jazu Muro, jazu Menacor, et medietatem de albufera, et fuit illa  
medietas que contigit domino Regi in quatuor partibus divisa et monstrabimus vobis ubi  
sunt. La partita de montania et de Polenza et quartam partem de albufera est una pars,*

*et secunda pars est Arta et Incha, et tercia pars est Sisneu et Petra, et quarta pars est Montueri et quartonum de albufera. Et post hoc illa medietas que fuerat divisa per quatuor partibus mandavit dominus Rex quod divideretur in tribus partibus. Et monstrabimus vobis quomodo fuit divisa, et dicemus vobis primum tercionum est Sisneu et Petra et sextam partem de albufera. Et secundum tercionum est Inqua et medietas de Montueri et sexta pars de albufera, et istum tercionum tercium est Polenza et montania et medietas de Muntueri et sexta pars de albufera, et istud tercionum ultimum fuit in duabus partibus divisum, et de ipsis duabus partibus contigit fratribus Templi et suis partitionariis unam partem, videlicet medietatem de Polenza et medietatem de montania et quartonum de Montueri et medietatem sexte partis de albufera, et alia residua medietas cum predictis duobus tercionis contigit domino Regi et suis partitionariis. Et illam aliam medietatem predictam videlicet de ipsis predictis duabus partibus terre quarum dominus Rex unam habet pro sua parte cum suis partitionariis ut superius dictum est contigit magnatibus personis et portionariis, et fuit divisa in quatuor partibus, et dicemus vobis quomodo videlicet de ipsis quatuor partibus contigint domino Nunioni unam videlicet Muzo et Buniola et Manachor, et aliam secundam partem de ipsis quatuor habuit episcopus Barchinone una cum suis parcionariis Huahu jazu Alhuez Badaledi Bacha et Mehulalmedina, et tercia pars ex quatuor partibus contigit comiti Impuriarum cum suis portionariis videlicet duos tercionos de Soliar et Muro et medietatem de albufera. Et quarta pars ex predictis contigit Guillemoni de Moncada maiori cum suis partitionariis et est videlicet hec pars tercionum de Soilar et Canarossa". Secunde vero scripture tenor talis est et sciendum quod istum memoriale factum fuit in presencia domini Jacobi regis Aragonum et Petri infantis Portugale domini regni Maioricarum sub eodem Rege, kalendas iulii anno Domini millesimo CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> II<sup>o</sup>, datum per manum Petri de Sancti Melione eiusdem domini Regis scriptoris: "Memoriale de omnibus cristianorum cavalleriis qui fuerunt in capcione civitatis Maioricarum. In primis dominus Rex cum preposito Terrachone, dominus Rex DCLXXIII et media, domus Templi DXXV caballerias et media, IIII caballerias. Guillemonus de Moncada CCLXXVI caballerias, miles II. Raymundus Alamani et Guillemus de Clarmont CCV caballerias, miles I et medium. Summa VI DCLXXXI caballerias. Et pro singulis CXXX caballeriis debetur miles unus. Dominus Nuno mille et DCCCLXXIII caballerias, miles XIII et medium. Episcopus Barchinone DCCCLXXV et media caballerias, miles VII. Raymundus Berengarius de Ager CCCXLI caballerias. Gilabertus de Crocillis LXXI caballerias cum Bernardo de Loret, miles III. Naves Ianuensium XXVIII caballerias, miles III. Comes*

*Impuriarum DCCCXLIX caballerias, miles VII et medium. Gastonetus de Muncada mille VI caballerias et media. Guillemus de Sancto Vicencio XI caballerias, miles VII et medium. Episcopus Gerunde CCCCLIX caballerias. Prepositus de Saxona XXXVII caballerias et media, miles IIII. Homines de Narbona XVIII caballerias et media. Bernardus de Sancta Eugenia CCLI III caballerias, miles. Sacrista Gerundensis LXXIX caballerias. Miles II et medium. Archidiaconus Barchinone CVI caballerias. Raymundus de Pertegaz XXVIII caballerias, miles et unam (sic). Sacrista Barchinone CXLI et media caballerias, miles. Petrus de Pinel VI caballerias et media. Domus Hospitalis CXLVIII caballerias, et de donacione Regis CLII caballerias. En Arnald de Belves XXII caballerias. Abbas Sancti Felicis CLXIX et media caballerias, miles I et quartam. Sacrista Urgellensis XXXVII caballarias. Raymundus de Bernet XII et media caballarias. Jacobus de Cervaria XXXIII caballarias. Sumam de toto universaliter XIII CCCC XL VI caballerias cum tenet LII caballerias quas Rex dedit Hospitali". Explicit liber Regis qui dicitur capebreuum quem ipse dimisit in domo Templi Maioricarum arabice scriptum, et hoc est eius translatum et tractat de divisionibus civitatis et insule Maioricarum inter Regem et suos et magnates et suos. Signum Guillermi Vedelli iunioris, notarii publici Maioricarum, testis. Signum Petri Artich, notarii Maioricarum, testis. Signum Guillemui Vedelli, notarii Maioricarum, qui hoc translatum scribi fecit et clausit octava idus augusti anno domini millesimo CCC<sup>o</sup> septimodecimo, cum raso in linea IX ubi dicitur "habuit"* (ADG. Pergamins de la Pia Almoina, nº 250).

4 idus gener 1288 (10/01/1289).- La coberta porta per títol: 1288. *Capudbreve de hiis que tenetur in insula Maioricarum pro ecclesia Gerunde, et habet simile Petrus de Pedrono civis Maioricis. Preterea dictus Petrus de Pedrono habet quoddam aliud capudbreve abreviatum quod portabit preterea Maioricarum ad levandum census ecclesie Gerunde.* El capbreu comença: *Hoc est memoriale factiori per Petrum de Pedrono, baiulum in Maioricis ecclesie Gerunde III<sup>a</sup> idus ianuarii anno Domini millesimo CC<sup>o</sup> octuagesimo octavo, de censualibus et agrariis que dicta ecclesia recipit et recipere debet in insula et regno Maioricarum, tam in civitate quam extra. Et fuit renovatum dictum memoriale a quodam alio memoriali facto per Raimundum de Viridaria, olim baiulum in Maioricis dicte ecclesie, anno Domini millessimo CC<sup>o</sup> quinquagesimo quinto* (ADG. Pergamins de la Pia Almoina, nº 257).

8 idus agost 1252 (06/08/1252).- Vidal de Torrent ven a Joan, batejat, i a la filla d'aquest, Morera, la terra que té a Muro, a la porció del Bisbe de Girona, per compra feta a Guillem de Torroella de Fluvia, per 500 sous RV (ADG. Pergamins de la Pia Almoina, nº 261).

## ***Notularum***

### **Notularum I**

24 maig 1292 ? Full solter.- Guillem de Quixàs, clergue del capítol de la seu de Girona, administrador de l'almoina del Vestuari, ven a Pere de Pedró, ciutadà de Mallorca, les rendes de la seu a Mallorca per cinc anys, de 1291 a 1296, pel preu de 2.100 sous anuals (ADG. Notularum I, f. 1.032).

## **ARXIU DIOCESÀ DE MALLORCA**

### ***Pergamins parroquials***

#### **Parròquia de Sant Jaume**

Mallorca, idus juliol 1232 (15/07/1232).- Arnau Adarró, Duran Coc, Pere Moranta i Guillem Descamp, delegats del rei per distribuir als Homes de Barcelona, presents i pobladors de Mallorca, els honors que els foren assignats en la Ciutat i illa de Mallorca. Concedeixen a Pere i Ferrer Gervarri, germans, unes cases dins Ciutat en la porció de Barcelona, que confronten amb carrer, per dues parts amb cases d'Arnau Adarró i per altra part amb cases de Berenguer Ripoll; també els donen una jovada i mitja de terra en l'alqueria que es diu Arduaix, que està en la porció de Barcelona en el terme d'Inca; també els concedeixen quatre quarterades de terra vers occident del mas que està devora l'alcàsser de Nuno Sanç de la porció de Barcelona i confronta per una part amb honor de Berenguer i Guillem Company, per altra part amb honor de Pere Manent, per una tercera

part amb honor de Tomàs Cobерthoterio i per una quarta part amb honor de Barcelona; també els donen en l'honor de Barcelona, devora el clos de Duran Coc, una quarterada de terra determinada per dos camins i per les altres dues parts amb honor de Barcelona. T. Guillem Vida, Bernat Colós, Joan de Caldes. Notari: Guillem Company (ADM. Parròquia Sant Jaume. Pergamí nº 4).

Mallorca, 5 calendes novembre 1233 (28/10/1233).- *Hoc est translatum fideliter a quodam alio translato cuius tenor est. Hoc est translatum cuiusdam instrumenti in sic continetur. Manifestum sit omnibus quod nos Petrus, Dei gratia regni Maioricarum dominus per nos et omnes heredes ac successores nostros cum hac presenti carta omni tempore valitura constituimus vos fideles nostros Bernardum Sancium et Raymundum Constantini et Gerundesem Maurinum, Berengarium de Aurenga et Petrum Raymundum Porterium de Gerunda divissores et partitores de alqueria que dicitur Bencaete que sunt (sic) in termino de Xisneu, et de Rahal Jub Algutzi que est in termino civitate Maioricarum, et de domibus et ortis et ceteris aliis que sunt assignata hominibus de Gerunda pro portione sua et pro suis cavallariis propter in capite brevi domini Regis Aragone invenimus manifeste; ita quod omnia ista cum domibus et algorfis et arboribus diversum generum et honoribus, possessionibus et pertinentiis et tenedonibus suis cum aquis et aljubs et pratis, pascuis et pasturis inter vos dividatis facientes et stabilientes de hiis secundum vestrum arbitrium et vestram propriam voluntatem libere, franche et quiete, propter homines Barchinone et ceterum civitatum et villarum suas cavallerias habent, tenent, possident et habere tenent et possidere debent. Et quicquid inde ullo modo ordinaveritis et feceritis vestra discrecione habebimus firmum et semper faciemus inviolabiliter observari nec possit nec debeat ab aliquibus causa aliqua revocari, veruntamen si aliquid actenus stabilitum divisum vel assignatum extitit nullo modo acceptamus nec firmum nec stabilitum ulla tenet aprobamus quod si fore vos omnes predicti ad hec predicta facienda non interfueritis quicquid inde major pars vestri fecerit et concedaverit illud similiter ratum et indecisum habebimus et reservarii ab omnibus penitus faciemus. Mandantes vicariis, bajulis, saionibus et aliis officialibus et subditis nostris tam presentibus quam futuris quod hec omnia predicta rata, firma et inviolabiliter semper habeant et observent et ab omnibus faciant inviolabiliter observari et quod non contraveniant vel aliisque venire permitant si de gratia vestri confidant vel amore. Datum apud Maioricarum quinta kalendas novembris anno Domini M° ducentesimo XXX° tercio. Signum Petri Dei gratia regni Maioricarum domini huius rei testis sunt Petrus Gonsalvi,*

*Petrus Urtini, Arie Ivanes, Garsia Lupini, Jacobus de Safareg, Bernardus Aymerici, Berengarius Burgeti, Guillemus de Medina. Signum Guillemi Sueri, notarii domini Infantis qui hanc cartam scribi fecit et etiam propria manu clausit loco, die et anno prefixis. Signum Bernardi der Artes, notarii publici in civitate Maioricarum qui hanc cartam scribi fecit et propria manu clausit mandato Guillemi Sueri, notarii domini Infantis, loco, die et anno prefixis. Signum Berengarii Companni, notarii publici civitate Maioricarum. Signum Raimundi de Aragone, notarii publici civitate Maioricarum, Bernardus Surigarius, notarius publicus civitate Maioricarum, qui hoc translatum fideliter scripsit III<sup>a</sup> idus februarii anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> tertio (ADM. Parròquia Sant Jaume. Pergamí nº 6/1).*

*6 calendas desembre 1233 (26/11/1233).- Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam publico instrumento cuius tenor talis est. Sit notum cunctis quod nos Bernardus Sancius et Berengarius de Orenga et Petrus Raymundus Porterius et Gerundus Maurini, habentes plenum posse et licitum a domino Petro, Dei gratia regni Maioricarum domini dandi, dividendi et distribuendi et stabiendi possessiones et honores et omnia alia quemcumque probis hominibus Gerunde pro suis cavalleriis in Civitate et tota insula Maioricarum fuerunt assignata pro nos et pro totam universitatem hominum Gerunde in insula Maioricarum comorantium, donamus, concedimus et laudamus tibi Raymundo Constantino et tuis imperpetuum unam jovatam et tres quartonos jovate in alqueria que dicitur Almoandem, que est in termino de Xisnevo, cum domibus, ortis, vineis, arboribus generum diversorum, cum aquis, herbis, pratis, planis, pascuis et pasturis, terris cultis et incultis, melioramentis et adempriviis et cum omnibus aliis que ad ipsam jovatam et tres quartonos pertinent vel pertinere debent aliquo modo vel ratione a celo usque in abissum ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas pro tuum proprium alodium liberum, quietum atque franchum, ad dandum, vendendum, impignorandum vel quocumque alio modo volueritis alienandum. Et cum hoc presenti publico instrumento tibi tuisque semper utili et valituro in corporalem possessionem ac tenedonem te mitimus irrevocabiliter et inducimus. Retentu tamen quod infra spacium huius primi anni dictam donationem vendere vel alienaren ulli possitis nisi tamen hominibus Gerunde populantibus insula Maioricarum. Promitimus etiam et convenimus tibi bona fide pro dictam donationem aliqua ingratitudinis causa non revocemus vel revocari faciamus vel possimus aliquo jure vel ratione. Actum est hoc sexta kalendas decembris anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> tricesimo tertio Signum Berengarii de Aurenga. Signum Petri Rimundi Porterii.*

*Signum Gerundi Maurini qui hoc laudamus et firmamus. Ego, Bernardus Sancii. Signum Petri Acesen. Signum Arnaldi de Massolino. Signum Bernardi de Valle Fecunda, huius rei testium. Bernardus Surigarius, notarius publicus civitate Maioricarum, qui hoc scripsit die et anno prefixis (ADM. Parròquia Sant Jaume. Pergamí nº 6/2).*

8 idus desembre 1233 (06/12/1233).- *Hoc est translatum sumpsum fideliter a quodam publico instrumento cuius tenor talis est. Sit omnibus notum quod nos Bernardus Sancii et Berengarius de Aurenga et Raymundus Constantini et Petrus Raimundus Porterii, habentes plenum posse et licitum a domino Petro, Dei gratia regni Maioricarum domini, dandi, dividendi et stabiendi possessiones et honores et omnia alia quecumque probis hominibus Gerunde pro suis cavalleriis in Civitate et tota insula Maioricarum fuerunt assignata, pro nos et pro totam universitatem hominum Gerunde in insula Maioricarum donamus, concedimus atque laudamus tibi, Gerundensi Maurino et tuis imperpetuum unam jovatam et medium terre in alqueria que dicitur Almoandez que est in termino de Xisnevo, cum domibus, ortis, vineis, arboribus generum diversorum, cum aquis, herbis, pratis, planis, pascuis et pasturis, terris cultis et heremis, melioramentis et adempriviis et cum omnibus aliis que ad ipsam jovatam et medium terre pertinent aliquo modo vel ratione vel pertinere debent a celo usque in abissum, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas per tuum proprium alodium liberum, quietum atque franchum ad dandum, vendendum, impignorandum vel quocumque aliquo modo volueritis alienandum. Et cum hoc publico instrumento tibi et tuis semper utili et valituro in corporale possessionem ac tenedonem te mitimus et irrevocabiliter inducimus. Promitentes tibi bona fide pro predictam donacionem aliqua ingratitudinis causa vel aliquo modo vel ratione non revocemus vel revocari faciamus vel possimus. Retento tamen quod infra spacium huius primi anni dictam donacionem vendere vel alienare nulli possis nisi tamen hominibus Gerunde in insula Maioricarum populantibus. Actum est hoc VIII<sup>a</sup> idus decembris anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> tercio. Signum Berengarii de Aurenga. Signum Petri Raimundi Porterii qui hoc laudamus et firmamus. Signum Guillemi Actesen. Signum Petri Actesen. Signum Petri de Massaneto huius rei testium. Signum Bernardi de Valle Fecunda, publici notarii Maioricarum civitate qui hoc scripsit die et anno quo supra (ADM. Parròquia Sant Jaume. Pergamí nº 6/3).*

18 caledes gener 1233 (15/12/1233).- *Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam publico instrumento cuius tenor talis est. Sit notum cunctis quod nos Bernardus*

*Sancius et Bernardus de Aurenga et Raymundus Constantini et Gerundense Maurini et Petrus Raymundi Porterii, habentes plenum posse et licitum a domino Petro, Dei gratia Maioricarum domini, dandi, dividendi, distribuendi et stabiendi possessiones et honores et omnia alia quecumque probis hominibus Gerunde pro suis cavallariis in civitate et tota insula Maioricarum fuerunt assignata, pro nos et pro totam universitatem hominum Gerunde in insula Maioricarum comorantium donamus, concedimus et laudamus tibi, Berengario de Serra de Calidis et tuis imperpetuum unum quartonum jovate in alqueria que dicitur Almoandez que est in termino de Xisnevo, cum domibus, ortis, vineis, arboribus diversorum generum cum aquis, herbis, pratis, planis, pascuis et pasturis, terris cultis et heremis et melioramentis et adimpriviis et cum omnibus aliis que ad ipsum quartonum jovate pertinent vel pertinere debent aliquo modo vel ratione a celo usque in abissum ad omnes tuas turoumque voluntates omni tempore faciendas pro tuum proprium alodium liberum, quietum atque franchum, ad dandum, vendendum, impignorandum vel quocumque alio modo volueris alienandum et cum hoc presenti instrumento tibi tuisque semper utile et valituro in corporale possessione et tenedone remitimus inviolabiliter et inducimus. Retento tamen quod infra spaciū huius primi anni dictam donationem vendere vel alienari nulli possis nisi tamen hominibus Gerunde populantibus in insula Maioricarum. Promitimus etiam et convenimus tibi bona fide quod dictam donationem aliqua ingratitudinis causa non revocemus vel revocari faciamus vel possimus aliquo jure vel ratione. Actum est hoc, XVIII<sup>a</sup> kalendas ianuarii anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> tercio. Signum Berengarii de Aurenga. Signum Gerundense Maurini. Signum Petri Raimundi Porterii qui hoc laudamus et firmamus. Ego Bernardus Sancii. Signum Thome de Fontaneis. Signum Bernardi Molnerii huius rei testium. Signum Raymundi Constantini. Bernardus Surigarius, notarius publicus civitate Maioricarum, qui hoc scripsit die et anno preefixis (ADM. Parròquia Sant Jaume. Pergamí nº 6/4).*

4 calendes gener 1233 (29 desembre 1233).- *Bernardus Sancii, Berengarius de Aurenga, Raimundus Constantini i Petrus Raimundus Porterii, partidors de Girona a l'illa de Mallorca, donam a Ramon Dulzina medianam jovatam terre in alqueria que dicitur Almohadem, que est in termino de Xisnevo, en alou franc i lliure com els altres, amb les mateixes condicions. Actum est hoc IIII<sup>a</sup> kalendas ianuarii anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> tercio. Signen Berenguer de Aurenga, Pere Ramon Porter, Geronès Maurí, Bernat Sanç i Ramon Constantí. Testimonis, Petri Johannes de Sancto Anthonino i Geraldus Rami. Notari, Bernat Suriguer (ADM. Parròquia Sant Jaume. Pergamí nº 6/5).*

4 calendes gener 1233 (29 desembre 1233).- Bernat Sanç, Berenguer de Aurenga, Ramon Constantí, Gironès Maurí i Pere Ramon Porter concedim a Pere de Comelles *mediam jovatam terre in alqueria que dicitur Almoandem que est in termino de Xisnevo*, amb les mateixes condicions. *Actum est hoc III<sup>a</sup> kalendas ianuarii anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> tercio.* Signen els mateixos. Testimonis. Pere Joan de Antonino, Ramon de Ultzina, Geraldí Rami. Notari, Bernat Suriguer (ADM. Parròquia Sant Jaume. Pergamí nº 6/6).

8 idus juny 1233 (06/06/1233).- *Ego, Raymundus Constantini, gratis et spontanea voluntate per me et omnes meos vendo tibi Raymundo Solzina et tuis imperpetuum duas jovatas terre et medium quas habeo pro cavalleriis meis per alodium franchum de portione proborum hominum de Gerona in alqueria que dicitur de Moandes in termino Xisneu. Et afrontant ex una parte cum alqueria Berengarii Geronda et ex alia cum alqueria den Mates et de tertia parte in honore domini Canhani et de quarta parte in montanis, quas predictas duas jovatas et medium terre in loco predicto tibi vendo et tuis ad omnes tuas tuorumque faciendas ad dandum, vendendum, impignorandum vel quocumque alio volueris modo alienandum pro quinquaginta solidos melgurienses quos omnes a te numerationem continua me confiteor recepissem et habuisse, unde renuncio inde penitus et ex certa sciencia omni exceptioni non numerate et tradite michi peccunie. Quasquem dictas duas jovatas et medium terre in loco prefato tibi promito bonas facere de omni persona et personas quam me de predictis duabus jovatis et medium terre penitus devestio et omnes meos denudo et te et tuos sine retentu aliquo vestio et in possessionem vacuam te mito et induco corporaliter et tibi penitus et tuis dimito et desemparo et trado nomine et titulo perfecte venditionis, cedens tibi et tuis omnia jura, loca et voces et acciones tam reales quam personales, tam directas quam utiles que michi competunt vel competere debent aut possunt in predictis duabus jovatis et media terre et in omnibus pertinentiis suis et aquis, herbis, pratis, planis, pascuis, pasturis, domibus, ortis et vineis et arboribus diversorum generum et in omnibus aliis quod ad prefatas duas jovatas et media terre pertinent vel pertinere debent aliquo modo a celo usque in abissum, quas si plus valent prefato precio vel in posterum valebunt illud totum quacumque est vel erit tibi dono et tuis de mea mera liberalitate et bonitate. Renunciantes inde legi etc. etc. I oblig tots els meus béns present i futurs. I per més seguretat, juro. Actum est hoc VIII<sup>a</sup> idus iunii anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> tercio.* Signen Ramon Constantí i Pere Ramon Porter.

Testimonis, *Berenguer Poncii, Pere Sabaterii, i Pere Gaschi*. Notari, Pere de Farvats (ADM. Parròquia Sant Jaume. Pergamí nº 6/7).

5 nones octubre 1233 (03/10/1233).- Gironès Maurí venc a Ramon Soltzina una jovada de terra a l'alqueria Moandes, terme de Sineu, per 30 sous melgoresos. No diu les confrontes. *Actum est hoc V<sup>a</sup> nonas octobris anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> tercio.* Testimonis, *Ramon Cortesii, Berenguer de Granoleris i Bernat de Preponito*. Notari, Pere de Favarts (ADM. Parròquia Sant Jaume. Pergamí nº 6/8).

13 calendes maig 1252 (19 abril 1252).- Testament de Ramon Soltzina *gravi egritudine detentus*. Vull que el meu cadàver sigui sepel·lit en el cementiri dels frares predicadors. Marmessors, Ramon de Verdaria, Pere de Sancto Minato i Domènec Texeda. Deix 1.000 sous RV per la meva ànima, dels quals deix a la mensa dels frares predicadors 50 sous. A l'obra de Sant Joan de Sineu, 10 sous, i al capellà del dit lloc 3 sous. A l'obra de Santa Maria de Sineu, 5 sous i una quartera de forment. A l'obra de Sant Jaume de Ciutat 10 sous, i al capellà que hi serveix 5 sous. A l'obra de Sant Bartomeu de Sóller, 10 sous. Al capellà de Santa Eulàlia, 2 sous, i al capellà de Sant Miquel 2 sous, i al capellà de Santa Creu 2 sous. A la mensa dels fra menors 30 sous. A Ramon, nebot meu fill d'Arnau de Ultzina 300 sous, amb la condició que faci definició als meus fills Jaume i Pere i a ma filla Joana de la demanda que té sobre els meus béns. A Domènec Texeda 50 sous i als seus fills altres 50 sous. A Ramon, nebot meu, fill de Joan de Oltzina 150 sous. Al fill de Joan de Oltzina 50 sous. A Berenguera, cosina meva 10 sous. A Arbert de Letone 50 sous. A Joan de Podialibus, prevere, 3 sous. La resta ho deix a coneixença dels marmessors en obra pia, sepultura, novenaris i pobres vergonyants. A ma muller Ermesenda 200 morabatins pel seu esponsalici i 200 sous de millorament, amb marit i sense. Faig usufructuària ma muller sense que li pugueu demanar res de l'administració. Al meu fill Pere 300 morabatins. A ma filla Joana 300 morabatins. A cada marmessor 50 sous. Si el meu fill Jaume mor sense infants, vull que sigui hereu son germà Pere. I, sinó, sa germana Joana. I, si moren tots, la meva ànima. Hereu universal: mon fill Jaume. Instituïesc tutor seu en Pere de Sancto Minato. *Actum est hoc XIII<sup>a</sup> kalendas madii anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> quinquagesimo secundo.* Firmen el testador i sa muller, i els marmessors. Testimonis, Berengarii de Rivo, militis, et Bernardi de Parietibus et Guillemi Gotmar. Signum Johannis de Podialibus presbiteri qui hoc scribi feci Bernardus Carles notarii publici Maioricarum, qui mandato Johannis de Podialibus capellani Sancti Johannis de

Sisneu hoc scripsit et hoc signum fecit. Signum Jacobi de Marina, notari públic de Mallorca. Signum Felicis, notari. Signum Berengarri Viculi, notari, qui hoc translatum ab originali fideliter translatavit el 5 idus desembre 1265. Signum Johannis Mayoli, notari, testimoni. Signum Francesc Bajuli, notari, testimoni. Signum Francesc Solsia, notari, que hoc translatum fideliter scribi el 4 nones desembre 1339 (ADM. Parròquia Sant Jaume. Pergamí nº 6/9).

Idus desembre 1303 (13/12/1303).- Clàusula testamentària de Joana, vídua de Pere Dalmacii, feta pel notari Bartomeu Strucii l'idus desembre 1303: Deix al meu nebot Jaume Gotmar *totam alqueriam meam que vocatur Ses Algorffes quam per alodium franchum habeo in termino de Sisneu, cum omni jure et proprietate sive dominio michi pertinenti in hunc modum: quod idem Jacobus teneatur dare et soluere dictis manumissoribus meis undecim mille solidos predicte monete que computetur in numero et solucione prorrata dictorum decem et octo mille solidos quos superius pro anima mea et dicti patris mei accepi* (ADM. Parròquia Sant Jaume. Pergamí nº 6/10).

12 calandes octubre 1318 (20/09/1318).- Clàusula del testament de Jaume Gotmar del 12 calandes octubre 1318, en poder del notari Bartomeu Toreyon: Faig hereu meu universal de tots els béns mobles, immobles i semovents Jaume Gotmar i Guillemó Gotmar, fills meus (ADM. Parròquia Sant Jaume. Pergamí nº 6/11).

Mallorca, pridie idus maig 1315 (14/05/1315).- Arnau de Torrella, fill d'Arnau de Torrella, cavaller qm, hereu d'Arnau de Torrella, cosí germà, el qual era hereu de Guillem de Torrella, militar i aquest fou fill i hereu universal de Guillem de Torrella, militar qº avi, el qual avi oferí a l'altar de Santa Maria de l'església de Sant Jaume dos morabatins cens que se pagaven per un hort situat en la vall de Sóller en el terme de l'alqueria de Biniaraix en la porció del bisbe de Girona i són per fer cremar una llàntia davant l'altar de Santa Maria perpètuament de dia i de nit, de les quals coses se tocà acta III nones febrer de 1234 (03/02/1235), segons consta en els protocols de Berenguer Company not. qm; tenint present també que dit Guillem de Torrella en el testament atorgat en poder de Bernat d'Artés, notari qm, el III idus juliol de 1267, ratificà la dotació de dita llàntia, per això, dit Arnau de Torrella insta Pere Andreu, rector de Sant Jaume i els seus successors que perpètuament mantenguin la referida llàntia, requirint als seus hereus el pagament dels morabatins. L'hort gravat amb aquest cens confronta amb camí que va a Fornalutx,

síquia de l'horta de Biniaraix, hort d'en Vallbona, hort de Jaume Alou, hort de Bernat Peretó, síquia i camí. *Actum in Civitate Maioricarum pridie idus maii anno Domini Mº CCCº quintodecimo.* T.: Guillem Berenguer, Bartomeu Vidal. Notari Jaume Grau (ADM. Parròquia Sant Jaume. Pergamí nº 79).

*Infanti Jacobi, eius filii, et suorum, sicut consuetum est. Remitentes etiam vobis que si forte dictus Gilabertus fecit aliquam venditionem vel disminutionem vel alienationem in toto vel in parte de predictis vel aliquid propter quod minus valeat vobis vel vestris presens venditio, nos totum illum vobis vel vestris restituiremus ad vestrarum voluntatem et monitionem. Et de evictione et omne dampno et interesse vobis et vestris perpetuo de predictis promitimus teneri, sub obligatione omnium bonorum nostrorum et dicti Gilaberti. Insuper juramus per Deum et eius sancta quatuor evangelia nostris manibus tacta, supradicta atendere et completere et non contravenire, virtute cuius sacramenti promitimus vobis hec omnia faciamus firmare et rata habere a dicto Gilaberto. Actum est hoc septimadecima kalendas octobris anno Domini Mº CCº LXXº IIIº. Signum Dalmacii de Petracisa, procuratoris et Abbatis predicti, qui hec firmamus et laudamus. Testes hui rei sunt Berengarius de Cistella, clericus Gerunde, et Raimundus de Tohilano, jureperitus, et Jaspertus Alquerius, et Dionisius Milites, et Castilio Sardina, et Arnaldi de Terradis. Ego, Bernardi de Jonquierio, notarius publicus Castilionis, hoc instrumentum receptum per Mateum Eymerici, notarii Castilioni, qm, per eum in pergamineo redactum, morte perventi mandato et auctoritate Poncii Carbonis, judicis ordinarii domini Comitis Impurie, fideliter de notulis seu protocollis dicti Mateus Eymerici, scripsi et clausi, et meo signo signavi. Ego, Johannes de Podio, judex predictus, huic translato a suo originali supradicto, auctoritatem meam judiciale impono pariter et decenter. Signum Bernardi Guillermi, notarii publici auctoritate domini Comitis Impurie per totam terram et dominationem eiusdem regentisque eadem auctoritate scribania curie vile Castille, qui hoc traslatum a suo originale sumptum et cum eodem verbo ad verbum fideliter comprobatum, abstrahi et scribi fecit et clausit (AFDM. Lligall 43. Núm. 5816).*

5 calandes novembre 1272 (28/10/1272).- Pere de Turre de Mallorca, cavaller, confés a Hug, comte d'Empúries, que tinc per vós en feu tres alqueries a Mallorca; és a dir, *Lartoniu*, *Vilelam i Vernissam*, amb les seves pertinències i tinences, per les quals vos som vassall i vos faig homenatge de boca i mans. Notari Mateu Eymeric de Castelló. Testimonis, Ramon de Pedardello, Berenguer de Montelauro, Arnau de Basso i Jaume de Sancto Martino, cavallers (AFDM. Lligall 43. Núm. 5818).

7 calandes novembre 1272 (26/10/1272).- Jaume de Santo Martino, CM, confés a Hug, comte d'Empúries, que tinc per vós en feu l'alqueria de Mallorca dita *Alcudiam*,

amb les seves pertinències i tinences, per les quals vos som vassall i vos faig homenatge de boca i mans. Testimonis, Bernat de Villanova i Ramon Judex, cavallers (AFDM. Lligall 43. Núm. 5819).

13 calendes març 1316 (17/02/1317).- Berenguer de Lanciano i Guillem Seguini, executors testamentaris de Ponç Hug, qm, comte d'Empúries, entenenent que l'honor de l'illa de Mallorca roman en poder vostre, Malgaulí, comte d'Empúries i vescomte de Bas, hereu seu, prometem i convenim que si d'aquí a Pasqua pagueu 40.000 sous de Barcelona als creditors antecessors vostres, de consell exprés del prior dels Predicadors de Girona i del guardià dels fra Menors de Castelló, vos farem definició de dit honor, que el vostra pare manà vendre, i vos tornarem l'instrument de venda (AFDM. Lligall 43. Núm. 5832).

6 idus agost 1318 (08/08/1318).- Pere de Font, de 25 anys, i Francesc de Font, de 21 anys, germans, CM, fills de Pere, qm, nomenem procurador a Pere Burgensis, cunyat nostre, per corroborar la compra que férem a Castelló Gomir, procurador del comte d'Empúries, de la baronia o cabdalia i terres, censals, rèdis, lluïsmes, foriscapis i altres drets i accions que dit comte té a la ciutat i illa de Mallorca. Testimonis, Bernat Matha, Berenguer Vitalis i Berenguer Matiani. Notari Jaume Rausini (AFDM. Lligall 43. Núm. 5833).

Calendes setembre 1318 (01/09/1318).- Malgaulí, comte d'Empúries i vescomte de Bas, reconec que Castelló Gomir, procurador meu segons acta de procura feta el 4 idus maig 1318 (12/05/1318) pel notari Bernat de Jonquerio, establí en feu a Pere i Francesc de Font, germans, CM, perpètuament, la Baronia o Cabdalia que tenim a l'illa de Mallorca, amb tots els censals, delmes, tasques i agraris que rebem allà, i amb els lluïsmes, foriscapis i fadiges, i amb el domini dels homes i dones, i amb el domini de cúria i de justícia, i d'altres drets universals, per 120.000 sous de Barcelona de tern, pagadors en dues vegades. I ara confirmo i aprovo tot quant conté aquell instrument. Me retinc que Pere de Font i Francesc de Font, i els seus successors, no puguin fer ni moure mai, en judici o fora de judici, cap petició o demanda o inquisició contra Pere de Villalonga, batle nostre en la part nostra de Sóller i d'allò que tenim a la ciutat de Mallorca; ni tampoc contra Bernat Raffardi, batle nostre del que tenim en les parròquies de Sant Joan de Muro i Santa Margarida de Muro, per allò que es retingueren, si alguna retenció cometesen de drets, rèdis i proceïts nostres de dits honors i Baronia o Cabdalia,

per virtut dels seus oficis o fora dels seus oficis. Testes el noble Ramon Fulchonis, vescomte de Cardona, i Bernat de Cervaria. Notari Bernat de Jonquierio (AFDM. Lligall 43. Núm. 5834).

5 noches maig 1317 (03/05/1317).- Com que ha pagat el deute deixat pel seu pare -contingut en el document número 5832- els marmessors testamentaris de Ponç Hug, comte d'Empúries, qm, defineixen al seu fill Malgaullí l'honor de Mallorca *qui cum stremitate armorum adquisitus fuit ab inimicis fidei per vestros antecessores* (AFDM. Lligall 43. Núm. 5837).

15 calendes maig 1315 (17/04/1315).- Malgaullí, comte d'Empúries, reconec que mon pare Ponç Hug, qm, devia diverses quantitats a certes persones, fins a 20.000 sous de Barcelona, que dit pare meu manà pagar del preu de l'honor que tenia a Mallorca que s'havia de vendre, o d'altra part o manera (AFDM. Lligall 43. Núm. 5840).

23 octubre 10/1365.- Pergamí amb segell pendent. “Sentencia e declaratio donada per lo Sor Rey sobre la questio que havia ab lo Comte d.Empurias per lo fet de les fadigues de la Baronia que lo Comte d.Empurias havia a Mallorques”. Pere, rei d'Aragó, nebó de Ramon Berenguer, comte d'Empúries; el qual Ramon és pare de Joan, comte d'Empúries, reconec que la fadiga pertany al dit comte, ja que, en cas contrari, el rei hauria de ser vassall del comte d'Empúries; cosa que és contra dret i, per tant, revoquem la sentència en contrari feta per Bernat de Tous. Testimonis, Bernat de Tous, Berenguer de Prats, Joan Eximini de Salanova, llicenciat en lleis i conseller, i Pere Guillem d'Estanybos, reboster major, cavaller, i Bernat Michelis, secretari reial (AFDM. Lligall 43. Núm. 5844).

23 octubre 1365.- Joan, comte d'Empúries, en presència de Pere de Gostemps, escrivà i notari, presta homenatge de boca i mans segons els usatges de la ciutat de Barcelona i el costum de Catalunya, i presta jurament de fidelitat al rei Pere per la Baronia que l'antic comte d'Empúries tenia en la ciutat i regne de Mallorca, que el noble Malgaullí, qm, concedí en feu a Pere i Francesc de Font, qm, germans, CM, tal com se retingué el domini i el dret; i ara dit Joan té l'esmentada Baronia en feu pel rei (AFDM. Lligall 43. Núm. 5845).

23 octubre 1365.- Ramon de Sant Martí, donzell, CM, presta homenatge de boca i mans segons els usatges de la ciutat de Barcelona i el costum de Catalunya, i presta jurament de fidelitat al noble Joan, comte d'Empúries, per la meitat de la Baronia que té en la ciutat i regne de Mallorca; la qual meitat la té per compra que feu a Guillem de Sant Joan (AFDM. Lligall 43. Núm. 5846).

26 octubre 1363, 03 novembre 1363 i 07 novembre 1363.- (Transcripció en una resma de paper). Francesc Barrera, procurador de l'infant Ramon Berenguer, comte d'Empúries, presenta a Sclaramonda, vídua del venerable Francesc de Font, qm, i al venerable Gregori Saylembe, cavaller, executors del testament del difunt Francesc de Font, la carta següent: Com vosaltres i Joan Torrabadal, CM, executors testamentaris del difunt, que feu hereus als pobres de Crist en cas de morir sense infants, venguéreu la meitat de la baronia de Mallorca que el difunt i son germà Pere adquiriren en feu de Malgaulí, comte d'Empúries, al venerable Guillem de Sant Joan, donzell, per 3.049 lliures reials de Mallorca menuts i no presentàreu fadiga al comte d'Empúries, ara jo vos requereixo que presenteu la fadiga. El 03/11/1363, a la plaça de la càuria de Mallorca, Pere de Condomina, notari, en nom dels dits marmessors, contesta que hi ha contrast entre el Procurador Reial i el procurador del comte, ja que el Procurador Reial afirma que la fadiga pertany al rei i no al comte, i el lloctinent de governador general de Mallorca els ha dit que no presentin la fadiga fins que hi hagi sentència sobre el cas. El 07/11/1363 l'esmentat Francesc Barrera al·lega que no hi està d'acord (AFDM. Lligall 43. Núm. 5857, 5858 i 5859).

13 abril 1364.- “Carta com en Guillem de Sen Johan fou request que fermas dret en poder del senyor infant o de son juge per diverses questions les quals en Francesch Barrera axi com a procurador del dit senyor infant li entenia a fer com ja fos estat request que per lo feu de la Baronia de Mallorques li fes sagrament i homenatge i no.u agues volgut res fer, i lo dit feu li entenes a demanar per comís per diverses rahons” (AFDM. Lligall 43. Núm. 5860).

06 maig 1364.- Francesc Barrera, procurador de l'infant Ramon Berenguer, comte d'Empúries, constituït dins l'escrivania que Bartomeu Morro, notari, regeix a la plaça de Sant Andreu de la ciutat de Mallorca, empara a Ramon de Sant Martí, donzell, CM, l'hospici o honor dit *den Saguí*, que fou de la Baronia que el comte d'Empúries tenia a la

ciutat i que concedí en feu a Pere i Francesc de Fonte, germans, qms, que primer fou alienat per dit en Seguí a dit Francesc de Font i després comprat per vós als marmessors de dit Francesc de Font (AFDM. Lligall 43. Núm. 5861).

20 gener 1364.- Francesc Barrera, procurador de l'infant Ramon Berenguer, comte d'Empúries, sol·licita de Bernat de Thous, cavaller, lloctinent general de governació del regne de Mallorca, que mani al discret Pere Ferrer, jurisperit de Mallorca, que sobresseguí la causa d'apel·lació de la sentència feta per dit Tous en el contrast entre el Procurador Reial i l'infant Ramon Berenguer per raó de la fadiga de l'alienació de la meitat de la baronia que fou del comte d'Empúries (AFDM. Lligall 43. Núm. 5862).

08 maig 1364.- Francesc Barrera, procurador de l'infant Ramon Berenguer, comte d'Empúries, constituït en la plaça de Sant Andreu de la ciutat de Mallorca, empara a Guillem de Sant Joan, donzell, CM, la Baronia que el comte d'Empúries concedí en feu a Pere i Francesc de Font a Mallorca (AFDM. Lligall 43. Núm. 5863).

## Legajo 79

9 calendes agost 1264 (24/07/1264).- *Hoc est traslatum fideliter sumptum II<sup>a</sup> kalendas augusti anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> sexagesimo quarto, a quodam instrumento bulle ceree domini Rege pendentis minime valotari ita incipiens: Noverint universi quod Nos, Jacobus, Dei gratia Rex Aragone, Maiorice et Valencie, Comes Barchinone et Urgelli, et Dominis Montispesulanii, propter multa et grata servitia que vos, nobilis et dilectus noster Poncio Ugoni, Dei gratia Comes Impuriarum, nobis facistis et quotidie facere non cessatis, ideoque damus et concedimus vobis, dicto Comiti, quinque milia solidorum regalium Valencie habendos et precipiendos singulis annis in redditibus, exitibus et per ventibus nostris Maiorice, et specialiter in illis de Beniatzar, de Valle Muzo et de olivario nostro; ita que de primis denariis qui de redditibus, exitibus et per ventibus nostris dictorum locorum exierint, habeatis et percipiatis quolibet anno dictorum quinque milia solidorum quamdiu vostre placuerit voluntate. Mandantes infanti Jacobo, carissimo filio nostro, vel eius locumtenenti in Maiorice, ac etiam Bajulis suis, quod de primis denariis reddituum, exituum et per ventuum dictorum locorum vobis vel quibus volueritis donent, tradent et tradi faciant dictos quinque milia solidos annis singulis, ut est dictum,*

*anteque aliquid inde percipiat ad opus sue vel alicui sunt, solvant. Data Barchinone, nona kalendas augusti anno Domini Mº CCº sexagesimo quarto. Signum Matheus Eymerici, notarius publicus Castilione. Signum Michelis Violeta, mandato domini Regis. Signum Jacobus, Dei gratia Rex Aragone. Signum Jazpertus de Castronovo, Guillermus de Cervilione, Galcerandus de Pinos, Guillemonus de Rochafollio et Raymundus Saguardia* (AFDM. Lligall 79. Núm. 10168).

2 idus febrer 1249 (12/02/1250).- Testament de Ponç Ugo, comte d'Empúries, avi de Ponç Hug, que fou pare de Magaulí. Fa llegats a sa muller Teresa i a sa filla Sibil·la. Institueix hereu universal son fill Ugo; i, sinó, a Sibil·la; i, sinó a sa germana; i, sinó, llega els béns per construir un monestir del Císter (AFDM. Lligall 79. Núm. 10169).

6 calendes novembre 1309 (27/10/1309).- Testament de Ponç Hug, comte d'Empúries i vescomte de Cabrera. Vull ser enterrat a la capella de Santa Maria de Bellicadre, que jo he fet construir. Dono a ma filla Blancaflor 20.000 sous melgoresos. Institueixo hereu universal mon fill Ponç Hug, *olim* anomenat Malgallin; i, sinó, el bisbe de Girona. Elegeixo marmessors al bisbe de Girona i a Ramon Fulchonis, vescomte de Cardona, cosí meu, i a Guillem Seguini, vicari meu, i a Berenguer de Lanciano. Confirmo a la capella de Bellicadro tots els rèdits i coeses a ella i als seus preveres assignats; i en compensació dels dits rèdits assigno els rèdits de la vall de Banyuls i els rèdits dels honors o cabdalia de Mallorca fins a 2.400 sous melgoresos anuals (AFDM. Lligall 79. Núm. 10173).

5 nones febrer 1311 (01/02/1312).- Codicil de Ponç Hug, comte d'Empúries i vescomte de Cabrera. Substitueixo com a marmessor a Ramon Fulchonis, vescomte de Cardona, per fra Ramon d'Empuriis, germà nostre, de l'ordre de Sant Joan de Jerusalem (AFDM. Lligall 79. Núm. 10174).

## ARXIU HISTÒRIC NACIONAL

# *Instituciones eclesiásticas. Clero Regular*

## **DOMINICOS**

Pridie idus setembre 1234 (12/09/1234).- Testament de Guillema des Pedrer, muller de Guillem Hug i cunyada de Bernat de Pedardell (AHN, Clero, Dominics, carpeta 76, núm. 15).

Mallorca, 3 noches desembre 1239 (03/12/1239).- Relació d'injúries comeses per Guillem Hug, que hauran de ser compensades econòmicament en el seu testament (AHN, Clero, Dominics, carpeta 78, núm. 16).

Mallorca, idus desembre 1239 (13/12/1239).- Testament de Guillem Hug, estant malalt, qui fa hereus els pobres de Crist (AHN, Clero, Dominics, carpeta 78, núm. 17).

5 calendes juny 1244 (28/05/1244).- *Cum controversia verteretur inter Romeum Durfortem venerabilem civem Barchinone, ex una parte, et Raimundum de Olzina, ex altera, super quadam alqueria que dicitur Almoandez que est in termino de Sixneu, tandem compromissum fit in vos, Raimundum, Dei gracia maioricensis Episcopum, sub pena quinquaginta aureorum, in cuius presencia fuit ita processum quemadmodum subsequencia declarabunt.*

*Oblatus fuit libellus ex parte Romei Durfortis Raimundo de Olzina anno Domini M° CC° XL° quarto V° kalendas iunii, sub hac forma: Conqueritur Romeus Durfortis de Raimundi de Olzina qui injuste contradicit sibi reddere quandam alqueriam nomine Almoandez que est in termino de Sixneu, que alqueria ad ipsum pertinet ex donacione domini Regis. Unde petit ipsum condemnari in restituzione predicte alquerie. Actum est hoc IX° kalendas iunii hec ponet salvo jure addendo etc. Ad quem libellum respondit Raimundus de Olzina in hunc modum: Respondit Raimundus de Olzina quod non credit (ad) Romeum Durfortem pertinere ex donacione domini Regis, licet de hoc habeat instrumentum donacionis. Dicit etiam ad defencionem sui quod dicta alqueria fuit assignata pro cavalleriis hominibus de Gerunda, et ipse possidet eam tam ratione partis que pervenit ei ratione racione (sic) cavalleriarum suarum tam ratione emptionis quam fecit ab eis qui habuerant partem ibidem ratione cavalleriarum suarum. Dicit etiam quod*

*dicta alqueria est scripta et assignata in capite [brevis] domini Regis pro cavalleriis de Gerunda, et est lex sive consuetudo in terra ista quod illi qui habent pro cavalleriis prefuerunt illis qui habent ratione donacionis. Est etiam lex sive consuetudo quod per instrumentum donacionis non adquiritur aliqui jus in possessionibus que sunt in terra de Maioricis contra illos qui habent jus ratione capite brevis. Pridie kalendas iunii comparunt partes, et dixit Romeus Durfortis se ignorare defensiones ponitas per Raimundum de Olzina, et adjudicatae fuerunt probaciones Raimundo de Olzina. III<sup>a</sup> nonas iunii fuit presentatum capud breve domini Regis in quo continebantur cavallerie hominum de Gerunda, et erat ita scriptum: Iste sunt alquerie quas homines gerundenses ceperunt a domino Rege de termino de Sisneu per suis cavalleriis: Alqueria Almoandez · VIII jo· Alqueria Beninaceem · VIII jo· Suma · XVI jo· et sunt due alquerie.*

*Hos testes produxit Raimundus de Olzina contra Romeum Durfortem idus iunii anno M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>:*

*Johannes de Calidis de Monte Tueri, testis juratus, dixit quod cum Rex fecisset multas donaciones et non posset completere cavallerias hominibus qui venerant cum eo in exercitu, habuit consilium cum probis hominibus, et dixit quod donativum aliquod non vinceret cavallerias, immo cavallerie vincerent donativum. Interrogatus quomodo scit quod Rex ordinaret ita, dixit quod ita audivit de multis, et semel cum ipse esset partitor cavalleriarum hominum Terrachone et non posset habere cavallerias de Terrachona, venit ad dictum Regem dicens ei quid faceret de cavalleriis, et dominus Rex respondit ita: dicimus quod nullum donativum valeat contra cavallerias, et cavallerie preferantur omni donativo; et ipse met obtinuit quoddam rafallum qui vocatur qui vocatur (sic) Benifragi, et erat datum Agagroni ? Rotulando. Interrogatus si obtinuit per sentenciam, dixit quod non, quare Agegronus Rotlandus, auditio mandato Regis, noluit spectare sentenciam. Item dixit quod ipse fuit partitor cavalleriarum de Calidis et quod obtinuit quoddam raffal de Tholosa, sed non per sentenciam, quare noluit cum eis litigare, set dimisit eum sine contradicione. Item dixit quod usus est et consuetudo quod cavallerie preferantur donativis. Item interrogatus quomodo scit, dixit quod ita utuntur omnes partiarii, et ipse cum aliis partitoribus de Terrachona obtinuerunt Guyent a Raimundo de Castro Episcopali. Item dixit quod semper preferuntur illi qui sunt scripti in capite brevi aliis qui non sunt scripti, licet quod habeant inde instrumenti. Interrogatus quomodo scit, dixit quod quando Rex venit ista ultima vice in Maioricis abstulit multis jovatas et alias honores et dabat aliis et faciebat eos scribi in capite brevi, dicens quod illud capud breve haberet semper valorem, non obstantibus instrumentis donacionum primo factis, et hoc*

*audivit ad ore Regis, qui publice dicebat istud. De tempore, dixit quod quando dominus Infans obtinuit dominium terre iste. De loco, dixit in Civitate.*

*Petrus Scriba, testis juratus, dixit quod quando dominus Rex fecit capud breve de donacionibus istius terre, ordinavit ita quod omnes donaciones quas fecit, fecit scribi in capite brevi suo, ut maiorem obtinuissent firmitatem, et quod nullus contravenirent contra capud breve, quod si faceret, ad huc rediret de Aragona in Maioricis, quare ipse mandavit quod capud breve semper obtinuissest firmitatem. Item dixit quod Berengarius de Gerunda, carnifex, obtinuit quandam vineam de Ferrario de Granata, ideo quare non habebat eam scriptam in capite brevi domini Regis. Interrogatus si obtinuit eam per sentenciam, dixit quod sic. Item dixit quod dominus Rex dixit ita: quod donativum aliquod non vinceret cavallerias, immo cavallerie vincerent donativum et ita ordinatum semper stare mandavit; ita quod ipse met obtinuit de Arnaldo de Monte Rubeo quandam alqueriam nomine Hortella, qui venit ad partem cavalleriarum hominum Ylerde propter hoc, quare iste cum Proheto et aliis hominibus Ylerde erat procurator de cavalleriis Ylerde. Item obtinuit de Bonafonato Sayoni III jovatas terre apud Sanctum Laurencium. Item obtinuit quandam alqueriam apud Sisneu que vocatur Beniadic, que erat data cuidam homini cuius nominem ignorat. Item dixit quod audivit dici quod Guillemus de Monte Cathano obtinuit quamdam alqueriam ratione cavalleriarum que est in Polencia, que erat data Raimundo Guilaberto. Interrogatus si hoc totum obtinuerunt per sentenciam, dixit quod non, quare noluerunt litigare cum eis, set volebat prosequi mandatum et stabilimentum domini Regis. Item dixit quod vidit sub hac forma quod Guillemus Hugo obtinuit quamdam alqueriam de Berengario de Sancto Melione que est in termino de Moro secundum quod credit, que venit ad cavallerias Comitis Empuriarum secundum quod dicebant. Item dixit quod usus est et consuetudo secundum quod dominus Rex posuit et mandavit, quod cavallerie preferantur donativis. Item dixit quod audivit et vidit ab ore domini Regis coram pluribus publice mandari et ordinari. Item interrogatus de tempore, dixit quod tempore illo quo dominus Rex fecit capud breve suum. Interrogatus si plus scit, dixit quod non. Interrogatus ubi fuit statutum hoc a domino Rege, dixit quod in Almudayna et in consilio generali audivit dici et ordinari a domino Rege totum factum capite brevis.*

*XVII<sup>a</sup> kalendas iulii anno supradicto Bernardus de Parietibus, testis juratus, dixit quod audivit dici a multis quod dominus Rex mandaverat stare imperpetuum omnes cavallerias prout ipse melius et plenius ordinavit et fecit ordinari, ita quod donativum aliquod non vinceret cavallerias, immo cavalleries vincerent donativum. Item dixit quod*

*usus est et consuetudo quod cavallerie preferantur donativus. Interrogatus quomodo scit dixit quod ita vidit uti in terra ista, et multi obtinuerant alquerias et alios honores racione cavalleriarum. Interrogatus super facto capitinis brevis, et dixit quod audivit dici quod quando dominus Rex fecit capud breve faciebat scribi omnes donaciones quas faciebat, et quod ipsum capud brevem esset firmum et nullus in aliquo contraveniret. Interrogatus si plus scit, dixit quod non. Interrogatus de tempore, dixit IX anni et plus.*

*Bonaventura de Moranta, testis juratus, dixit quod audivit dici quod dominus Rex ordinaverat ita: quod donativum aliquod non vinceret cavallerias, immo cavallerie vinceret donativum, et hoc stare mandavit imperpetuum. Item dixit quod usus est et consuetudo quod cavallerie preferantur donativis. Item dixit quod multi obtinuerunt alquerias et honores racione cavalleriarum secundum quod audivit dici, et ipse met obtinuit quandam alqueriam que vocatur Leo que est in termino de Inca racione cavalleriarum hominum Barchinone, quam sibi abstulerat Raimundus de Castro Episcopali. Item dixit quod audivit dici quod semper preferuntur illi qui sunt scripti in capite brevi aliis qui non sunt scripti, licet quod habeant inde instrumenta. Interrogatus de tempore, dixit XII anni et plus. Interrogatus si plus scit dixit quod non.*

*Magister Johannes, maioricensis canonicus, testis juratus, dixit quod vidit et audivit quod donaciones facte et scripte in capite brevi per dominum Regem prevaleant donacionibus eiusdem scriptis instrumentis publicis, licet donaciones scripte instrumentis precedeant tempore donaciones scripte in capite brevi, et ita vidit quod utebatur in terra ista, et ipse met habuit inde duas sentencias contra Bartholomeum de Ozona super alqueria Aria, quam dictus Bartholomeus dicebat suam esse ex donacione domini Regis, et magister Johannes allegabat ipsam esse suam cum haberet donacionem dicte alquerie et preterea, quare eius donacio erat in capite brevi et donacio alterius non, et sic jamdictus magister Johannes habuit sentenciam pro se. Item credit firmiter magister Johannes quod in partibus istis cavallerie prevaleant donacionibus et vidit quosdam habentes donaciones in partibus istis de domibus intus Civitatem et possessionibus extra et postea Carrocius adquisivit eas per suas cavallerias, non obstantibus donacionibus eisdem factis per dominum Regem vel per procuratores suos. Interrogatus de loco, dixit quod in Maioricis. Interrogatus de tempore, dixit quod bene sunt octo vel novem anni transacti. Super aliis interrogatus dixit se nichil scire.*

*Raimundus de Casals, testis juratus, dixit quod ipse vidit et audivit quod dominus Rex abstulit Raimundo de Castro Episcopali quemdam honorem quem sibi dederat in Inca, et postmodum Bernardus de Ampuriis racione cavalleriarum assignavit dictum*

*honorem hominibus de Terrachona, et dominus Rex confirmavit eos ita quod fuit factum scriptum in capite brevi, et in Polenza fecit hoc idem dicto Raimundo de Castro Episcopali, et postmodum quando Rex recedebat de partibus istis fuit apud Sancta Eulalia et dixit ita omnibus, mandato consilio: barones ita dico vobis quod non sit aliquis ita ausus quod decetero tangat nec veniat contra istud capud breve quod hic dimito scriptum, quam per certo sciatis quod de Arago redirem hic propter hoc. Dixit etiam quod cavallerie preferunt semper in Maioricis donativis et talis est usus et consuetudo. Super aliis interrogati dixit se nichil scire.*

*Berengarius de Gerunda, testis juratus, dixit quod ipse vidit et audivit quod dominus Rex in suo recessu populo et vocato dixit quod ita: nolo quod decetero donativum aliquod preferatur cavalleriis. Interrogatus que fuit causa ad hoc ipsum inductiva dixit quod Raimundus de Episcopali qui amiserat in Pollenza alquerias quas homines Terrachone fuerunt lucrati ratione cavalleriarum in posse domini Regis. Item audivit quod Rotbertus de Terrachona fuit lucratus ratione cavalleriarum medium Deflam a quodam homine non recordatur. Vedit etiam quod talis est usus in Maioricis quod semper preferuntur illi qui habent cavallerias tam ratione capitis brevi tam ratione mandati domini Regis illis qui habent ratione donacionis, licet prius facta esset donacio. De tempore dixit quod bene sunt XI anni aut circa quod vedit possidere istum Raimundum de Olzina ratione cavalleriarum.*

*Guillelmus Pacis ?, testis juratus, dixit quod ipse vidit et audivit quod cavallerie preferunt semper in Maioricis donativis ratione supradicta de Raimundo de Castro Episcopali et homines Terrachone, et per Rotbertum et Deflam. Ut supradicitur dixit quod alquerie assignate cavalleriis semper ponuntur in capite brevi, et hac ratione cavalleriarum preferunt donativis et etiam preferunt mandato domini Regis; et Petrus Martelus fuit lucratus in termino de Inca istis racionibus, et talis est usus et consuetudo in Maioricis. De tempore non bene recordatur.*

*Arnaldus de Ylerda, testis juratus, dixit quod ipse vidit et audivit quod semper cavallerie preferuntur donativis. Interrogatus quomodo scit dixit quod per visum et auditum, tamen non recordatur in aliquo ad presens. Item dixit quod non vocantur cavallerie nisi scribantur in capite brevi et quod tale est usus et consuetudo in Maioricis et ita tenetur hodie. Nescit aliud.*

*Magister Rotlandus, testis juratus, dixit quod usus et consuetudo est talis in Maioricis: quod cavallerie preferuntur donativis. Interrogatus quomodo scit, dixit quod ipse habuit quandam alqueriam a domino Rege in donacione et cum carta. Postmodum*

*dicta alqueria devenit in cavalleris de Terrachona et miserunt se ibi, et sic amisit ipse dictam alqueriam, quam Ebrinus tenet modo et est in termino de Montueri. Dixit etiam quod semper ponuntur et scribuntur cavallerie in capite brevi domini Regis. De tempore dixit quos sunt bene X anni. Dixit etiam postmodum quod Infans abstulit ei quandam aliam alqueriam in eodem termino ideo quare non erat scripta in capite brevi.*

*Bernardus de Sescala, testis juratus, dixit quod est usus et consuetudo quod cavallerie preferuntur semper in Maioricis donativis. Interrogatus quomodo scit, dixit quod ipse vidit quod fratres Sancti Sepulcri habuerunt in Pollenza alquerias ex donacione Regis et postmodum devenerunt in partem cavalleriarum Guillemo de Catano et sic amiserunt eas fratres. Dixit etiam quod cavallerie semper scribuntur in capite brevi domini Regis. Super aliis interrogatus dixit se nichil scire. Et postmodum dixit hoc scribebam dixit quod vidit quod multi amiserunt feudum ratione cavalleriarum in Maioricis, et hoc probat per abbatem Sancti Felicis qui fuit lucratus alqueriam quamdam que est in Prato, et per Bernardum de Olzeto qui amisit alqueriam quamdam que est in Prato. Dixit etiam quod Bernardus Sance et Raimundus de Olzina semper [vidit] possidere alqueriam de qua est contencio. De tempore dixit de X annis aut circa.*

*Guillemus Saperera, testis juratus, dixit quod dominus Rex dedit patri suo III alquerias apud Yncam, quarum abstulit ei duas eo quare non erant in capite brevi. Dixit etiam quod nullum donativum, licet esset cum carta et prior tempore, non habebat valorem contra cavallerias, et talis est usus in Maioricis. Dixit etiam quod hoc vidit de pluribus et scit quod Raimundus de Olzina tenuit usque nunc in pace et quiete. De tempore non recordat.*

*Proet, testis juratus, dixit quod vidit et audivit et usus est in Maioricis quod nullum donativum habeat valorem contra cavallerias, et hoc probat per se ipsum qui amisit quamdam alqueriam in termino de Inca quam dederat ei dominus Rex, et homines de Barchinona habuerunt eam in suis cavalleriis, et de hac alqueria habebat cartam et nichil ei profecit. Dixit etiam quod omnes cavallerie scribuntur in capite brevi. Dixit etiam quod hoc vidit de pluribus aliis et talis est usus et consuetudo in Maioricis et per mandato domini Regis. De tempore dixit quod ut sibi videret sunt XIII anni. Dixit etiam quod semper vidit istam alqueriam de qua est contencio tenere in pace ratione cavalleriarum, et vidit eam assignari per Bernardum de Empuriis ratione cavalleriarum.*

*Berengarius de Pinos, testis juratus, dixit quod nullum donativum habet valorem in Maioricis contra cavallerias, et talis est usus et hec probat per quodam orto que amisit Raimundus Guillemi et habuit eum Gardiola ratione cavalleriarum, et per multos alios*

*vidit istud idem. De tempore ut superiores, et de capite brevi et de consuetudine istud idem quod alii.*

*Berengarius de Terrades, testis juratus, dixit quod maiorem vim habuit cavallerie in Maioricis quam donativum aliquod et talis est et fuit consuetudo in Maioricis, et hoc probat per priorem Sancti Sepulcri, qui amisit quamdam alqueriam as Palmer sibi datam a sacrista Barchinone, et devenit postmodum in cavalleriis proborum hominum de Vico qui tenent hodie et possident, et hoc idem vidit de pluribus in Maioricis. Dixit etiam quod cavallerie omnes sunt scripte in capite brevi. Super aliis interrogatus nescit aliud.*

*Frater Bertrandus, prior Sancti Sepulcri, testis juratus, dixit quod ipse amisit alqueriam prope dictam alqueriam laboratam et seminatam et eumdem a supradictorum et procuratorum datam quam supradicti homines de Vico lucrati fuerunt ratione cavalleriarum. Super aliis interrogatus, nescit aliud. De tempore non recordatur. Dixit etiam cum esset in resessu quod dominus Rex dederat eidem testi alquerias de Pollenza et postmodum devenerunt in cavalleriis Guillermo de Monte Catano, Templi et hominibus Dertusensis; et ad excusandum se dictus testis dixit quod ponere ibi quod mandato domini Episcopi fecit testimonium.*

*Rotbertus, testis juratus, dixit quod nullum donativum habet valorem contra cavallerias, et hoc probat per se ipsum qui fuit lucratus unum rahal que vocatur Carutxha et est in termino de Sisneu in platea, per judicium quod tenebat Egidius de Hospitali Sancte Eulalie. Item fuit lucratus Deflam ratione cavalleriarum. Item a Bernardo Tonsi medium rafal fuit lucratus ratione cavalleriarum. Dixit etiam quod talis est usus et consuetudo in Maioricis, quod probat ad huc per Raimundum de Castro Episcopali a quo Terrachone fuerit lucrata quamdam alqueriam, unde ipse testis et Petrus Martel fuerunt ingrati Raimundo de Castro Episcopali propter hec. Dixit etiam quod omnes cavallerie scribuntur in capite brevi, et ullus est ausus venire contra nec vidit quod alias ratione donacionis possit aliquid lucrari. Hec omnia scit per se et per multos alios. De tempore dixit quod bene sunt de XII usque ad XIII anni.*

*Bernardus Spayniol, testis juratus, dixit quod ipse amisit quamdam alqueriam nomine Castelo que se tenet cum villa de Polenza coram podio de Sancta Maria, quam habebat ex donacione domini Regis, quam lucratus fuit Guillenus de Montecateno ratione cavalleriarum, quam modo tenet Jacobus Company pro Templo. Dixit etiam quod vidit et audivit quod frater Bertrandus, commendator Sancti Sepulcri, amisit quandam alqueriam nomine Palmer in qua posuerat signum Sepulcri, quam habuerant homines de Vico pro cavalleriis et modo habent et possident. Dixit etiam quod lex et consuetudo est*

*in terra Maioricis quod nulla donatio a quocumque facta prefertur cavalleriis. Ymmo etiam dixit dictus testis quod (paraules il·legibles per estar el paper arrugat) domos que sunt juxta domos Guillemi de Granerio, quas Quintana habebat ex donacione, et ideo quare pervenerunt inter cavallerias, dicti testis lucratus fuit eas. Dixit etiam quod multi homines amiserunt ea que habebant ex donacione in Civitate et insula. Dixit etiam quod vedit et audivit quod dominus Rex edixit quod nulla donacio habeat valorem contra cavallarias, ymmo quod omnes essent firme sui cavallerie sicut scripte erant in capite brevi. Addidit etiam quod item amisit Sepulcrum quandam alqueriam que est supra viam que dividitur cum honore Bernardi de Sancta Eugenia in qua posuerat frater Berengarius signum Sepulcri, et Ferrarius de Sancto Martino racione cavalleriarum hominum suorum elevavit signum et accepit eam vi quare frater Berengarius noluit causidicare secum, et quod habuit Ferrarius de Sancto Martino et vendidit eam precia ? pro M CC solidos sicut quod credit eidem fratri Berengarii, comendatori dicti Sepulcri. De tempore interrogatus dixit que bene sunt elapsi X anni et plus.*

*Johannes de Munros, testis juratus, dixit quod nullum donativum habet valorem contra cavallerias, quare ita edixit dominus Rex quando fecit reparari caput breve: quod nullum donativum haberet valorem contra cavallerias et jam perceperat etiam ab ipso factum donativum nullius esset momenti, ymmo etiam dixit dominus Rex et precepit quod capud breve servaretur et crederetur plus quam carta aliqua. Dixit quod dominus Rex dixit quod si aliquis vellet contravenire capiti brevi ipse veniret huc de Aragone, et hec omnia que dixit, dixit dictus testis se scire ex auditu, quare ita audivit dici a pluribus. Interrogatus si sciret quod aliquis amisisset quidam donativum racione cavalleriarum, et dixit quod audivit dici quod magister Rotlan amisit donativum quoddam quod habebat. Interrogatus si aliud sciret dixit quod non.*

*Dominicus Clavel, presbiter juratus, dixit quod dominus Rex edidit in consilio generali coram ecclesia Sancte Eulalie quod capud breve quod ipse fecerat fieri quando voluit ire in Catalonia haberet valorem plus quam carta aliqua, et si aliquis esset contraveniens capite brevi ipse dominus Rex reverteretur de Aragone huc, et in illo capite brevi continebantur cavallerie. Dixit etiam quod audivit dici quod nullum donativum habebat valorem contra cavallerias et hec vidit observari a X vel XII annis citra sed non recordatur utrum aliquis amiserit id quod esset donativum. Addidit etiam quod dominus Rex dixit quod capud breve illud quod ipse dimitebat esset firmum et nullum donativum haberet valorem contra cavallerias vel illud capud breve.*

*Peironet Rabassa, testis juratus, dixit quod ipse audivit dici a Rotberto de Terrachona et aliis quam plurimis vicinis suis quod dominus Rex edixerat quod capud breve quos ipse dominus Rex fecerat fieri observaretur in omnibus, et audivit dici quod honores qui venerant inter cavallerias firmiores erant donativo et dixit quod vidit cotidie in honoribus in domibus et aliis bonis quod cavallerie preferuntur donacionibus a quocumque factis. Interrogatus de tempore, dixit quod V anni et plus sunt elapsi quod ipse vidit quod cavallerie preferebantur donativo, et dixit de auditu quod a tempore illo citra quo dominus Rex confirmavit suum capud breve audivit dici quod cavallerie preferebantur donativo. Nichil aliud scit.*

*Guillemus de Perelo, presbiter juratus, dixit quod ipse habuit ex donacione domini Regis II jovatas terre in termino de Polensa, tandem venit Bernardus de Ampuriis ad dominum Regem dicens ei: domine, tot sunt donaciones quas vos facistis quod non possumus complementum dare cavalleriis et super hoc dominus Rex edixit et fecit preconizari per villam quod nullum donativum haberet valorem contra cavallerias. Et sic dicte II jovate devenerunt inter cavallerias hominum de Terrachona, et ipse amisit dictas II jovatas terre. Dixit etiam quod usus, lex et consuetudo est in tota insula quod nullum donativum habet valorem contra cavallerias, et hoc etiam probat per Raimundum de Castro Episcopali qui habuit donaciones a domino Rege quam plurimas et nichil sibi valuerunt, quare omnes amisit, quare dicte donaciones honorum deveniebant inter cavallerias hominum de Macile et Barchinona et sic amisit omnes. Interrogatus de tempore dixit quod sunt elapsi de X usque ad XII anni.*

*Matheum de Cela, juratus, dixit quod ipse cum sociis suis habuit cartam ex donacione cuiusdam honoris a Bernardi de Sancta Eugenia qui erat hic per domino Rege, qui honor ablatus fuit dicto testi per Bernardum de Ampurias ratione cavalleriarum; qui honor vocatur Caymaris in termino de Inca, et hos honores ideo amisit quare donativum non faciebat periudicium cavalleriis. Interrogatus de tempore, dixit de IX usque ad X annos.*

*Hos testes produxit Raimundus de Olzina ad probandam intencionem suam:*

*Mercader, testis juratus, dixit quod quedam alqueria Benigalip fuit assignata per Bernardum de Ampuriis hominibus de Minorisa et quando iste testis cum aliis hominibus de Minorisa intraverunt dictam alqueriam erat ibi signum Petri Sance, et processu temporis venit Jachesius nomine dicti Petri Sance et conquestus fuit in curia de hominibus de Manresa, dicens quod dictus Petrus habuerat primo donacione Regis, et iste testis cum aliis dixerunt ei quod habebant eam pro cavalleriis et dictus Jachesius cessavit ab*

*impeticione, et postmodum divisit cum eis alqueriam suam prima cum alqueria quam petebat, et posuit terminos cum eis. Item dixit quod audivi a Raimundo de Castro Episcopali quod Rex dederat ei multas alquerias in Inca, et postmodum venerunt in cavalleriis hominum de Barchinona et perdidit eas. Item dixit quod ita utebatur in Maioricis: quod illi qui habebant cavallerias preferebantur illis qui habebant donaciones, licet essent priores tempore. Interrogatus quomodo scit ipse quod ita utentur homines de Maioricis, dixit quos ita fuit usitatum de alqueria de Minorisa et de alqueriis Raimundi de Castro Episcopali, et hec audivit a multis. Audivit etiam dici quod cavallerie devincerant donativum. Dixit etiam quod multociens audivit quod Infans petebat alquerias illarum qui non erant scripti in capite brevi. De tempore interrogatus, dixit quod bene sunt X anni. De loco dixit quod in Civitate.*

*Berengarius de Ripol, testis juratus, dixit quod ipse habebat VI jovatas ex donacione Regis in termino Sancti Laurencii, et postmodum III jovate illarum fuerunt assignatae hominibus de Terrachona pro cavalleriis, et ipse noluit causare cum eis, quare audivit a pluribus dici etiam comiter quod cavallerie vincebant donativum. Item dixit quod usus est in Maioricis quod cavallerie preferuntur donacionibus. Interrogatus quomodo scit, dixit quod per se ipsum qui perdidit III jovatas, et per illas quas perdidit Raimundus de Castro Episcopali, et quare ita dici comiter ab omnibus. Interrogatus super aliis capitulis dixit se nichil scire. De tempore dixit quod bene sunt XII vel XIII. De loco in Maioricis.*

*Bernardus de Bonastre, testis juratus, dixit quod ipse cum hominibus aliis de Minorisa habebat quamdam alqueriam ratione cavalleriarum in termino de Montueri et venit Jachesius, frater Petri Sance, petens dictam alqueriam ab isto testi et ab aliis pro Petro Sance ratione donacionis et quod duxit eos ad curiam, et cum non possit obtinere jure dictam alqueriam tacuit ita quod non infestacuit eos, immo terminavit quandam suam alqueriam contiguam alquerie predictorum hominum de Manresa cum eisdem. Item dixit quod hec idem audivit a Raimundo de Castro Episcopali sicut supradicitur, et a quibusdam aliis. Dixit etiam quod talis est usus in Maioricis quod cavallerie preferuntur donacionibus. Interrogatus quomodo scit dixit quod per se ipsum et per Raimundum de Castro Episcopali et per quosdam alios, et talis est usus in Maioricis. Audivit etiam et vidit quod Infans petebat alquerias illorum qui non erant scripti in capite brevi. De tempore dixit quod bene sunt X anni quod fuit hec demanda. De loco in Maioricis.*

*Raimundus Bonafos, testis juratus, dixit quod ipse una cum aliis probis hominibus de Marcilia habuerunt medietatem de almudayna que est in Artano ratione*

*cavalleriarum a domino Rege et postmodum, transactis tribus annis, ad instanciam fratrum Pulcri Podii, dominus Rex dedit eis illam dictam medietatem quam dederant Marcile ratione cavalleriarum, qui Marcile seu Rotberti de Viana et quidam alii secum levavit cruces de domibus quas ibi posuerunt fratres. Postmodum veneret dicti Marcile ad dictum Regem simul de eo conquerendo et erat ibi comes Nuno Sance et plures alii nobilis, qui Nuno dixit hoc dixit ipse “viam neque capet si aliqua donacio auferret alicui suas cavallerias”, unde tamen dominus Infans abstulerit eis hanc medietatem licet essent scripti in capite brevi et plura alia quam credunt et proponuit ad huc repente et verba supradicta, et tunc dominus Rex dixit quod aliquod donativum non preferatur cavalleriis decetero, et talis est usus prima in Maioricis et ita tenet hodie. De tempore dixit quod sunt bene X anni aut XI. De loco in cavam ad pedem turris in castro.*

*Domingo de Rubione, testis juratus, dixit quod ipse vidit et audivit Raimundo de Castro Episcopali comminatorem hominibus de Terrachona et Barchinona ut sibi videtur qui abstulerat ei alquerias quasdam quas adquisierant dominus Rex dederat ei in Polensa, et ipsi ratione cavalleriarum abstulerunt ei et ideo ipse minabatur eis, et hec vidit et audivit quod aliquod donativum non prefertur cavalleriis, unde quam plures expulsi sunt de domibus et hereditatibus ratione cavalleriarum in Maioricis, et talis est usus semper in Maioricis. De tempore dixit quod bene sunt XII anni, tempore illo primo quando dabant cavallerie, nescit aliud plus.*

*Gerard Cayol, testis juratus, dixit quod aliquod donativum non habet valorem in Maioricis contra cavallerias et hec probat per se ipsum qui lucratus fuit unum stare in vico Sancte Columbe a procuratore Jacobini Marcile aut consules marciliensis dederat dictum stare et ipse testis ratione cavalleriarum ut dictum est adquisivit dictum stare. Item vidit etiam quod marciliensis acquisiverunt medietatem almudayne de Artano quam Rex dederat monachis Pulcri Podii et ipsi ratione cavalleriarum aquisiverunt eam in posse Regis, sicut dixit Raimundus Bonafos. Dixit etiam quod nullum instrumentum donacionis non agit in Maioricis contra cavallerias et talis est usus et fuit superius in Maioricis. Dixit etiam quod omnes illi qui habent cavallerias scribuntur aut debent scribi in capite brevi et contra tales ullam valet donacio, sicut sunt captals qui dividunt cum suis. De tempore dixit quod sunt bene X anni de almudayna. De loco in Maioricis.*

*Rotlanet de Marsela, testis juratus, dixit quod usus et consuetudo est in Maioricis quod cavallerie preferuntur donativis, et hoc probat per se ipsum et per fratribus suis qui quasdam domos aquisiverunt et habuerunt a Carrocio cui Rex dederat prius dictas domos, in quibus modo manet Albaricus Marcile. Vidi etiam quando Bernardo*

*Dempuriis assignavit Marcile medietatem almudayne supradicte quam prima aquisiverunt in posse Regis qui dederat monachis de Artano. Audivit etiam quod Infans petebat alquerias illorum que non erant scripte in capite brevi et accipiebat. Dixit etiam quod illum instrumentum donacionis habet valorem contra cavallerias. De tempore dixit quod sunt bene XIII anni de domibus quod audivit (AHN, Clero, Dominics, carpeta 79, núm. 22).*

## Códices

### L. 476 B

3 noches abril 1235 (03/04/1235).- *Restitutio Mascalonis.* Jo, Mascaló de Monsó, torno, defineixo i absolv Bernat de Sagristà, lloctinent d'en Ferrer, paborde de Tarragona, aquelles vinyes i terres que tenia per donació del rei Jaume, que foren assignades al dit Ferrer per les seves cavalleries, les quals reconec haver-les adquirit injustament. I vos dono l'instrument d'adquisició que obtinguí del rei. Notari: Bernat de Vallfogona (L. 476 B, f. 2r).

18 calades desembre 1249 (14/11/1249).- *Compositio facta cum domini Rege.* A tenor de l'arbitri promulgat pel bisbe Berenguer, qm, i per Pere, sagristà de Barcelona, qm, sobre els honors i possessions posseïts fora la Ciutat de Mallorca per Nos, Jaume rei d'Aragó, Mallorca i València, comte de Barcelona i d'Urgell i senyor de Montpeller, i per Arnau paborde de Tarragona i els seus homes, que se n'haguessin de fer tres parts, de les quals el rei en tindria una i el paborde les altres dues. Atenent igualment que ens fou concedit el dret d'elegir la nostra part, en presència de l'arquebisbe de Tarragona i dels bisbes de Saragossa i de València, elegim a la nostra part *Silbar cum triginta jovatis terre, et Mancor cum duodecim jovatis terre, et Solanda cum octo jovatis terre, et Castellix in termino Montueri cum octo jovatis terre, et ita sunt quincuaginta et octo jovate terre in quatuor locis predictis, quas prout premissum est recipimus por tercia parte nostra et militum nostrorum.* El paborde, per les seves dues parts, tindrà *Beniamar, Benirroi, Benizan, Massarella, Moscarix et totum illud quod iam possidet in villa de Incha et vineas et honores quas et quos tenet ibi Rotlan Çabater de Cambrils, et alcharias de Mala et*

*Pillar et Pilarella et Benimozet que sunt in termino de Sisneu et de Petra, et Olloch et Albunja et Rahal que sunt in termino de Montueri. In quibus omnibus supradictis que veniunt ad duas partes dicto preposito assignatas sunt in universo centum et quatuordecim jovate de terra.* Si, en realitat, la part del paborde excedeix les 114 jovades, m'haurà de donar la tercera part de l'excés. Notari: Pere Andreu, de manament reial per Guillem de Bell-lloc, notari seu (L. 476 B, f. 2r).

Mallorca, 14 calandes juliol 1249 (18/06/1249).- *Composicio facta cum episcopo.* Jo, Arnau, paborde de Tarragona, i el capítol, donam i concedim a Ramon, bisbe de Mallorca, *alqueria de Moscarig cum omnibus suis tenedonibus et pertinentiis et juribus eidem alquerie spectantibus et spectare debentibus ubicumque, que alqueria est sita in termino de Incha in parrochia de Silver, et alqueriam quam tenebat Ceberlo per nos quam nunc possidet na Ciberlona et filii dicti Ciberloni et Bn. de Clusa cum omnibus tenedonibus et juribus que in ipsa alqueria habemus vel habere debemus et cum prato qui ibi remanet ad stabiendum que est sita in termino de civitatis Marioricarum super Regale, et quatuor morabatinos in orta satis prope civitatem cum terra que ibi est et ademprivio aque cequie et cum omnibus iureictionibus et juribus in predictis quatuor morabatinis et terra pro qua dantur tibi competentibus vel competituris quos tenebant et adhuc tenent pro nobis Bisana et Petrus Busqueti,* en concepte del desè pels honors, possessions, alqueries, censals i molí que tenim a les illes de Mallorca i Cabrera. Notari: Bernat d'Arters de Mallorca (L. 476 B, f. 2r).

17 calandes juliol 1249 (15/06/1249).- *Composicio super decimis.* Jo, Ramon, bisbe de Mallorca, i el capítol, *cupientes graciā familiaritatem et dilectionem Terrachone ecclesie retinere,* i per gràcia especial a vós, Arnau, paborde de Tarragona, vos concedim la tercera part del delme dels fruits de la terra i dels animals que l'església de Tarragona té a Mallorca per donació feta pel rei segons instrument de l'escrivà Pere de Sant Melió; el qual delme íntegre ens pertany a nosaltres. Sota la condició que si en el futur alieneu o transferiu el domini d'aquestes possessions, o bé si moveu plet contra nosaltres, automàticament aquesta tercera part del delme revertirà a nosaltres, Notari: Ramon de Vilanova de Tarragona (L. 476 B, f. 2v).

Mallorca, 4 nones juny 1249 (02/06/1249).- *De domibus nostris et de alcheria de Cathi.* Arnau, paborde de Tarragona, tenint potestat del capítol, concedim a Bernat de

Sagristà, paborde de Mallorca, a títol personal, *domos nostris quam habemus in Almudayna civitatis Maioricarum et alqueriam nostram quam habemus in Catin iuxta civitatem; quas domos et alqueriam vos nunc possidebatis titulo concessionis domini Ferrarii bone memorie predecessoris nostri. Sub tali videlicet pacto quod alqueriam predictam teneamini utiliter laborare et domos predictas sicut nunc sunt condirectas cum suis pertinentiis penitus conservare ex debito infra biennium teneamini vestris suspectibus et expensis domum que ibi est cum duobus arcubus in ea iam factis decenter cooperire et super ipsam domum aliam domum iuxta quantitatem ipsius de novo facere et cooperire, et cameram que contigua est predicte domui que iam quasi apta est ad cooperendum similiter teneamini cooperire, et assensorium sive gradam lapideam in loco que vobis ostendimus per quod ad cameras et murum et turres assendi possit utiliter facere teneamini vestris suspectibus et expensis. Hoc tamen intellecto quod (...mina) omnia que tempore adventus nostri in domibus nostris predictis invenimus ponere valeatis in operibus supradictis. Quasquidem domos omnes ad utilitatem vestram et honorem prepositi et capituli Terrachone et nunciorum eius semper in vita vestra bene et decenter et cum honesta familia et cum apparatibus necessariis paratas teneatis. Ita quod prepositus cum sua familia vel canonici vel eorum nuncii in eis descendere et hospitari valeant cum voluerint et esse (...) in suis camere expensis non vobis vel familie vestre ex debito victualia ministrando.* Ens donareu cada any 20 morabatins censals per Sant Andreu; i, en morir, revertiran a nosaltres. Jo, dit Sagristà, us garanteixo que si en qualsevol moment voleu vendre o canviar aquestes propietats, ho podreu fer sense contradicció, una vegada que m'hagueu reemborsat tot quant hi hauré invertit. Notari: Bernat d'Arters de Mallorca (L. 476 B, f. 3r).

5 idus setembre 1250 (09/09/1250).- *Temporalis infeudatio alqueriarum.* Arnau, paborde de Tarragona, tenint potestat del capítol, concedim a Bernat de Sagristà, paborde de Mallorca, a títol personal, *domos nostras et cellarum proprium quas et quod habemus in Benyamar, cum vasis vinariis et oleariis que nunc ibi sunt et cum aliis apparamentis domorum que ibi sunt, sicut specificate erunt et extimate in quodam alio instrumento, et omnes fructus redditus et preventus et omnia censualia et iura que habemus in Benyamar in Benizen in Benyroy et in Maçarella et terminis eorumdem. Que quidem predicta omnia vobis damus et concedimus in hunc modum: quod in omne vita vestra domos et cellarum predictum cum omnibus que ibi sunt ut prediximus et omnia jura que in predictis quatuor locis nobis dari debentur, habeatis et recipiatis nomine nostro ab hominibus predictorum*

*locorum.* Per 130 morabatins censals, 70 dels quals per Pasqua i la resta per Nadal. Si moriu o si entreu en religió, revertiran a nosaltres i ens haureu de restituir els estris que estiguin deteriorats segons seran estimats valer. Ens retenim la jurisdicció sobre els habitants dels llocs esmentats, les justícies i les fadigues de les vendes i alienacions. Podreu emparar els honors d'aquelles persones que no us paguin fidelment el què us correspon, amb el consentiment del nostre batle. Notari: Ramon de Vilanova de Tarragona (L. 476 B, f. 3v).

Mallorca, 16 calandes juliol 1249 (16/06/1249).- *Temporalis concessio super decimis.* Ramon, bisbe de Mallorca, i el capítol, per especial gràcia i dilecció envers vós, Arnau, vos donam a títol personal mentre sigueu paborde de Tarragona, que d'aquella tercera part del delme concedida per nosaltres a l'església de Tarragona en tingueu la meitat. Notari: Bernat d'Arters de Mallorca (L. 476 B, f. 4r).

Idus maig 1250 (15/05/1250).- *De honoribus quos tenet A. de Carnadal.* Jo, Arnau, paborde de Tarragona, de consentiment del capítol, de gràcia especial que els seus mèrits exigeixen, concedim i establim a Arnau de Carnadal *duas alquerias quas habemus pro parte nostra cavalleriarum quas habemus in insula Maioricarum, que due alquerie vocantur Pillar et Pillarella et sunt in termino de Petra. Quasquidem duas alquerias sicut eas hodie possidetis et hactenus possedistis.* A tasca de tots els fruits més un morabatí censal per Pasqua i el delme que es dividirem amb el bisbe de Mallorca tal com és convingut. Notari: Ramon de Vilanova de Tarragona (L. 476 B, f. 4v).

Idus maig 1250 (15/05/1250).- *De A. de Carnadal.* Jo, Arnau de Carnadal, pels molts i grats serveis que m'haveu prestat vós, Arnau, paborde de Tarragona, promet donar-vos a vós i als vostres successors el delme i la tasca de tots els honors que tinc en el terme de Petra, a més d'aquells honors i possessions que tinc per vós segons instrument. Tot en qualitat d'almoina en remissió dels meus pecats i els dels meus pares. Notari: Ramon de Vilanova de Tarragona (L. 476 B, f. 5r).

17 calandes maig 1251 (15/04/1251).- *De Johanne de Bonastre et de sociis suis.* Jo, Arnau, paborde de Tarragona, de consentiment del capítol, donam, establim i concedim a Joan de Bonastre i Arnau de Bonastre, i al vostre nebot Ferrer de Bonastre, fill de Ferrer de Bonastre, qm, i de sa muller Dolça, ara muller de Guillem Vell, *duas*

*alquerias nostras quas habemus in termino de Montuiri, quarum una vocatur Albunia et altera vocatur Olloc, et quas Ferrarius quondam prepositus Terrachone vobis stabilivit. Nunc autem nos addimus vobis unum rahal quod est ibi iuxta ipsas alquerias, perquè hi habiteu i les conreu. Ens donareu la tasca, i també el delme que tenim partit amb el bisbe de Mallorca. També ens retenim la fadiga a deu dies. Prefata Dulcia non habet in ea nisi solum terciam partem in alqueria que dicitur Olloch et in rahali predicto, quare alie due partes sunt Johannes et Arnaldi. Alqueria vero que dicitur Albunia est Johannis et Arnaldi et Ferrarii equaliter inter ipsos.* Notari: Ramon de Vilanova de Tarragona (L. 476 B, f. 5r).

Idus maig 1248 (15/05/1248).- *De insula de Capraria.* Jo, Arnau, paborde de Tarragona, de consentiment del capítol, donam i establim a Bernat de Clarmont i Guillem Huguet *insulas Caprarie pertinentes ad preposituram que sunt juxta insulam Maioricarum ante Cabocorbo.* Per 7 morabatins censals per Nadal, més dos cabrits anuals per delme. Ens retenim *omnes pescationes et totam fustam sive lignamina et omnes portus ipsarum insularum.* Ens retenim la fadiga a 30 dies de les vendes i empenyoraments. I si nosaltres vos tornem les illes citades, caurem en pena de 100 masmudines. Notari: Ramon de Vilanova de Tarragona (L. 476 B, f. 5v).

3 noches juny 1250 (03/06/1250).- *De alqueria de Mayla.* Jo, Arnau, paborde de Tarragona, de consentiment del capítol, donam i establim a Bernat Canuto *medietatem alquerie nostre de Maillan que est in termino de Xisneu in insula Maioricarum, quam medietatis accipiatis continuam et contiguam versus alquerie Guillemi de Parietibus,* perquè l'habiteu i la conreeu. Notari: Ramon de Vilanova de Tarragona (L. 476 B, f. 6r).

5 idus setembre 1250 (09/09/1250).- *De alqueria de Mayla.* Jo, Arnau, paborde de Tarragona, de consentiment del capítol, donam i establim a Pere Balsà *medietatem alquerie nostre de Mallan que est in termino de Xisneu, in insula Maioricarum. Que medietas afrontat in altera medietate quam emistis a Bernardo Canuto, et in honoribus alquerie que dicitur Solanda, et in honoribus de Rahal exach, et in garriga que est inter vos et domum Templi, et in honore Guillemi de Fonte.* Ens donareu la tasca fidel, restant primer el delme i la primícia. Ens retenim la fadiga a 20 dies de les vendes i alienacions. Notari: Ramon de Vilanova de Tarragona (L. 476 B, f. 6r).

Calant, 17 calendes desembre 1249 (15/11/1249).- *De Garcia Reboster.* Jo, Arnau, paborde de Tarragona, de consentiment del capítol, donam i concedim a Garcia *reboster quondam domini Nunonis Sancii, illa operatoria et domos que et quas tu olim dedisti in emphiteosim quibusdam hominibus in civitate Maioricarum. Que omnia afrontant de prima parte in via publica per quam intratur ad Almudainam, de secunda parte in via publica que transit inter loca ista et domos domini Nunonis, de tercia vero parte in via publica per quam itur ad mare, de quarta vero in barbacanam versus domos et murum nostrum.* Per una masmudina censal per Nadal, més cinc dies de fadiga i el sisè de lluïsme en cas d'alienació. De les segones alienacions, tu tindràs vitalíciament 2/3 parts del lluïsme i nosaltres la restant 1/3 part; però, en morir tu, el partirem mig per mig amb els teus successors. Notari: Domènec Pere de Calant (L. 476 B, f. 6r).

Mallorca, 3 idus juny, any de l'encarnació 1249 (11/06/1249).- *De Raimundo Gisberti.* Jo, Ramon Gisbert, gratis i espontàniament defineixo i remet a vós, Arnau, paborde de Tarragona, *omnes cavallerias mi pertinentes omnium honorum tenedonum et jurium et possessionum in civitate et insula Maioricense competentium, prout cavallerias illas accepi cum Ferrario preposito quondam Terrachone pie recordationis predecessore vestro cum carta quam in posse meo non habeo, ut scienter vel fraudulenter penes me illam cartam non retineo.* I si en el futur apareix qualche carta, que no tingui valor algun. Ho juro sobre els quatre Evangelis. Notari: Bernat d'Arters de Mallorca (L. 476 B, f. 6v).

Mallorca, 5 idus juny 1249 (09/06/1249).- *De Bn. de Buadella.* Jo, Arnau, paborde de Tarragona, de consentiment del capítol, concedim a Bernat de Buadella *quod si de cequia aque que transit per domos nostras de Almudayna absque scandalo et contradictione donationis et populi Maiorice ducere poteritis ad domos quas ibidem vobis stabilivimus aliquam partem aque per meatus subterraneos hoc facere valeatis non (tamen) exconcessione ista volumus vobis vel vestris esse in aliquo obligatos quod contra donationem vel universitatem populi concessionem istam defendere teneamur, nec volumus quod ex hac conditione nobis vel tenantibus domos nostras (...tus) vel tedium tempore aliquo aliquatenus oriatur.* Nos enim Bernardo de Buadela concessionem et gratiam (...) a vobis domino preposito antedicto recepimus sub conditionibus supradictis. Notari: Bernat d'Arters de Mallorca (L. 476 B, f. 7r).

12 calandes febrer 1231.- Pere de Sangosa, escuder de Nunyo Sanç, venc a Ferrer, paborde de Tarragona, *quoddam opperatorum quod donatione domini Regis habeo in civitate Maioricarum satis prope ecclesiam Sancte Eulalie. Quod opperatorum terminatur ex una parte in domibus meis quas teneo pro domino Nunone, et ex alia parte in operatoriis magistri Raolfi, et ex alia parte in honore domini Regis, et de quarta parte in via publica.* Per 40 sous melgoresos. Notari. Berenguer Company de Mallorca (L. 476 B, f. 7r).

Mallorca 1230, sense dia ni mes.- Jo, Bernat de Santa Eugènia, lloc-gerent del rei Jaume i de manament seu, donam concedim i lloem per alou propi i franc al dilecte seu Ferrer, paborde de Tarragona, i als seus successors, en qualitat de permuta, *duo operatoria que dominus Rex predictus habet in civitate Maioricarum coram operatoria nova Balagerii. Que operatoria terminantur ex una parte in via, et ex alia in operatoriis Radulfi Auzbergarii, et de tercia parte in honore domini Nunonis, et de quarta parte in operatorio domini Regis.* A canvi de cuiusdam operatorii *quod vobis evenerat pro vestra portione in placea qua dominus Rex predictus dedit Petro de Texeda*, tal com ha estat arbitrat per prohoms de la Ciutat per manament del rei. Notari. Berenguer Company de Mallorca, per manament de Bernat de Santa Eugènia (L. 476 B, f. 7v).

5 calandes maig 1237 (27/04/1237). Jo, Ramon de Clusa, faig donació en mà de Bernat de Sagristà, procurador de Ferrer, paborde de Tarragona, en alou franc i quiti, *unam libram cere censualem et totum jus dominium et omnes acciones nostras reales et personales quascumque habeo et habere debeo in illis domibus que sunt juxta portam Almudaine civitatis Maioricarum quas tenet Petrus Ferrarius pro me, quas de cetero predicto Ferrario et ecclesia Terrachone teneant. Et afrontant de una parte in muro Almudaine, de alia parte in carraria publica, de aliis duabus partibus in honore predicti prepositi.* Notari: Bernat de Valle fecunda de Mallorca (L. 476 B, f. 1r).

Calendes octubre 1251 (01/10/1251). Jo, Arnau, paborde de Tarragona, de consentiment del capítol, concedim i establim a Guillem de Torroella *locum de Beni Mugeth qui est in insula Maioricarum in termino de Petra, cum omnibus terminis et pertinenciis suis sicut ipsum locum hodie habetis tenetis et possidetis et olim tenuistis per dominum Regem a quo per modum compositionis recuperavimus dictum locum qui ad preposituram Terrachone pertinebat et notatur pertinere.* Per una quartera de forment

censal a l'era, a més del delme. Ens retenim la fadiga a 10 dies. Notari: Ramon de Vilanova de Tarragona (L. 476 B, f. 1r).

Nones maig 1253 (07/05/1253). *Petrus de Episcopali vendi preposito omnes cavalerias quas habebat in civitate et in insula Maioricarum.* Jo, Pere de Bisbal, confés a Arnau, paborde de Tarragona, *quod tres anni sunt elapsi vendidi vobis partes meas sive cavallerias quas habere debebam in civitate et in insula Maioricarum, quasquidem cavallerias predecessor vester Ferrarius, qui fuit postea episcopus valentinus, recepit et habuit, cum essemus ego et qui mecum erant de numero illorum qui erant de scripto suo et pro quibus omnibus cavallerias habuit et recepit.* *Quas cavallerias ad me spectavit tam ratione mei quam Bernardi fratris quondam mei quam (G...) quam familie mee quam etiam aliarum personarum que fuerunt nobiscum in obsidione et captione civitatis.* Et ideo quare nolui subire vobiscum onus (...) nec vos mecum per (...) vendidi vobis caballerias omnes quas petebam per precio quingentorum solidorum Barchinone monete curribilis de (duplēo) de quibus fui et sum paccatus a vobis ad voluntatem meam ita *quod de eis me penitus nichil debetis.* I com que aleshores no es feu instrument, ara vos vaig el present document de venda i m'imposo silenci perpetu. Notari: Ramon de Vilanova de Tarragona (L. 476 B, f. 1v).

Document truncat. Manca el final de l'escatocol.- *Bn. de Clusa Bn. de Blita facent XLI morabatinos (et medium) censuales preposito per molendino quod (...).* Jo, Ramon de Paiciano, procurador d'Arnau paborde de Tarragona, de part seva dono i establesc a Bernat de Clusa i Bernat de Bleda *duas partes illius molendini quod est in cequia que intrat civitatem Maioricarum, quod molendinum tenebat Johannes Ceberloni per eum dictum prepositum.* *Cum omnibus juribus ratione dictarum duarum partium ipsi domino preposito pertinentibus.* Per 45,5 morabatins censals, la meitat per Sant Andreu i la resta el primer de juny (L. 476 B, f. 1v).

Mallorca, idus octubre 130 (15/10/1230).- *Donacio domini Regis.* Nos, Jaume, rei d'Aragó i de Mallorca, comte de Barcelona i senyor de Montpeller, donam, concedim i lloem per alou franc i lliure al fidel nostre Pere Sangosa *illud operatorium nostrum quod est ante operatoria nova Balagarii tendarii.* Afrontat operatorium *illud de una parte in domibus tuis quas tenes pro dompno Nuno, de alia parte in operatoriis Magistri Raholfi, de alia parte in honore nostro, et de quarta parte in via.* El podràs vendre a qualsevol,

excepte cavallers i eclesiàstics. Escrit per Guillem escrivà, de manament del rei per Guillem de Sala, notari seu (L. 476 B, f. 8r).

Mallorca, 10 calendes novembre 1230 (23/10/1230).- *Concessio domini Regis.* Nos, Jaume, rei d'Aragó i de Mallorca, comte de Barcelona i senyor de Montpeller, donam, concedim i lloem per alou franc i lliure al dilecte nostre Ferrer, paborde de Tarragona, *quartam partem totius aque que venit ad civitatem Maioricis cuius usum vos et vestri habeatis possideatis et adempretis die ac nocte hyeme et estate cum aqueductu undecumque vos melius et oportunus videretis ad villam vestram et portum que ibidem pro parte nostra vobis assignavimus. Item damus vobis et concedimus quod faciatis molendinum de eadem aqua in domo vestra seu in barbacana eiusdem cum reguis et subreguis et aqueductibus et omnibus aliis ad usum et consuetudinem molendini pertinentibus.* I vos confirmem les donacions que us hem fet anteriorment. Escrit per Guillem escrivà, de manament del rei per Guillem de Sala, notari seu (L. 476 B, f. 8r).

Barcelona, 2 idus gener 1229 (12/01/1230).- *Nos Jacobus Rex Aragonum dedit preposito Terrachone pro franco alodo quicquid habebat in (civitate et insula) Maioricarum.* Nos, Jaume, rei d'Aragó, comte de Barcelona i senyor de Montpeller, volentes predecessorum nostrorum sequi vestigia et exempla, concedim, donam i confirmem al dilecte nostre Ferrer, paborde de Tarragona, i als seus successors a la pabordia, *quicquid contigerit vobis de honoribus et possessionibus et terris et de omnibus aliis que vobis et militibus et hominibus quos vobiscum duxeritis in insulis Maiorichas Minorichas et Evizam et alias insulas que vocantur Balearias per alodium franchum et liberum ad habendum tenendum possidendum vendendum et alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas cum decimis primiciis et cum omnibus omnino juribus tam temporalibus quam spiritualibus, excepto quod de predictis non possitis aliquid dare aliquibus militibus pro alodo, sed quod ea teneant per vos et successores vestros in feudum.* Escrit per Guillem escrivà, de manament del rei per Guillem Rabassa, notari seu (L. 476 B, f. 9r).

Mallorca, 2 calendes abril 1230 (31/03/1230).- *De divisione factam inter dominum Regem et prepositum de hiis que habebat (...) in insula Maioricarum de CCC XX octo cavalleriis.* Nos, Jaume, rei d'Aragó i de Mallorca, comte de Barcelona i senyor de Montpeller, *presentibus venerabilibus patribus Berengario Barchinone Guillemo*

*gerundense episcopis et dilecto consanguineo nostro dompno Nunone Sancii, Petro (sic) Hugonis comiti Ampuriarum, Raimundo Berengarii de Ager, Guillamono de Montecatano, Ferrario de Sancto Martino, Bernardo de Sancta Eugenia, Guillabertono de Crucillis, Bernardo de Monte Regali et Bernardo de Episcopali curatoribus de Guastoneti de Biarno, et multis aliis militibus nobilibus civibus et populis qui ad capiendam civitatem Maioricarum nobiscum pariter convenerunt, recognoscimus et confitemur in veritate vobis dilecto nostro Ferrario preposito Terrachone quod, facta divisione legitima nobiscum de hiis que ratione partis vestris debetis habere in civitate Maiorice pro vobis et trecentis viginti octo cavalleriis vestris, devenit ad vos et ad partem vestram totum illum cimiterium sarracenorum quondam cum domibus et plateis sicut incipit a cantone barbacane Almodayne versus orientem et tendit recta linea justa viam publicam et recipit in se domos usque ad decem et tendit recta via usque ad quandam meschidam sarracenorum que in vestra sorte cadit, et rediit usque meridiem sicut parietem de lapidibus erexit et vadit usque ad cantonem capelle dompni Nunonis et protenditur usque sub domibus eius et tendit per oblicum ad sinistrum protenditur ultra domum dompni Nunonis usque ad turres sibi ad invicem proximas super mare et concluditur cum muro versus mare usque ad punctam et ultra in directum barbachane Almudayne et rediit per murum barbachane usque ad primum cantonem versus orientem, de quo primo superius fecimus mentionem. Sic quod totus fonsatus sive vallis barbachane in parte vestra integreriter concludatur.*

*Item sub eadem forma et simili ratione concedimus et tradimus vobis domos quam iam tenetis in Almudayna cum muro et turribus et edificiis factis et faciendis, cum viridario interiori et exteriori, que quidem afrontant ex una parte in domibus iuxta vallum que sunt dompni Nunonis, et de alia parte intus et extra in via publica que intrat Almudynam, de tercia parte in domibus Raimundi Berengarii de Ager, de quarta parte in via publica iuxta barbacanam.*

*Item damus vobis in loco qui vocatur Cathin sex pariliatas terre videlicet in mansum qui vocatur Almocacatt uhara Labixendeus que terminantur de parte circii cum honore hominum Barchinone videlicet in via publica que dicitur Almiaza et tendit per parietem veterem et redit per marginem ad alterum parietem veterem et in torrente et per ipsum rivum torrentis descendit ad mare, a meridie in honore Marsilie et hominum Terrachone, ab horiente in honore vestri prepositi prefati.*

*Item damus vobis pro parte vobis divisa et cognita III<sup>or</sup> pariliatas terre in rahal Almohtazeb qui afrontat ab oriente in terra Raxa, a meridie in honore Berengarii Vide*

*de Barchinona, ab occiduo in honore hominum Marsilie et Terrachone, de circio in honore Rotberti de Terrachona.*

*Item concedimus vobis et damus atque successoribus vestris laudamus pro parte vestra cognita apud Sanctum Laurentium III<sup>or</sup> pariliatas terre in alcaria que vocatur Rahal Bexir, que afrontat ab oriente in via publica de Silvar et in cequia per quam ad villam aqua venit, a meridie in honore fratrum Templi, ab occiduo in via publica que tendit apud Palombar et in orto qui quondam fuit Apoleyo Bitenquib sarraceni, de circio in honore Bernardi Maimonis de Terrachona et in sociis suis et in via que tendit apud alcariam de Mozo.*

*Item concedimus et laudamus pro parte vestra et vobis divisa ac cognita alcariam que dicitur Solanda et Milian et alcariam que dicitur Peliar et Peliarella et Benimuger, que sunt in termino de Sisneu et de Petra.*

*Item damus vobis et concedimus atque laudamus pro parte vestra et vobis cognita et divisa pro vestris trecentis viginti octo cavalleriis pariter cum universis aliis supranominatis quartam partem totius ville Inche et suorum terminorum, pro qua parte vestra vicelicit tantum extra villam Inche concedimus vobis alcariam que vocatur Beniamar et Benoriox et Benizen et Manachor et Marzarella et Silvar et Moscaritx.*

*Item vobis concedimus pro parte vestra et divisa, apud Montoerium, alcariam que vocatur Castelig et aliam alcariam Olloc et Albonia et Rahal.*

*Et etiam concedimus vobis dicto preposito tria statica in civitate Maioricharum cum suis corrallis infra menia Almudayne. Que afrontat ex una parte in via publica et in muro Almudayne et in orto Guastoneti de Biarn (f. 10r) et in domibus archidiachoni Barchinone et in domibus sacriste Gerunde.*

*Item damus vobis et concedimus in perpetuum punctum totum ab integro in quo fontes oriuntur qui ad villam descendunt, et etiam vobis damus et concedimus molendinum novum cum aquis suis et universis aliis suis pertinentiis sibi per omnia loca pertinentibus qui est prope punctum, et cum universis suis melioramentis que ibi facere poteritis quoquo modo.*

*Preterea vobis et successoribus vestris damus et concedimus in perpetuum insulam que nominatur Craparia sive Crapayrola cum tribus miliaribus maris in circuitu et cum universis aliis que infra insulam comprehenduntur supradicta et cum universis hedeficiis sive frabicamentis et melioramentis que ibi facere poteritis ullo unquam tempore, secundum arbitrium vestre voluntatis.*

*Insuper laudamus et concedimus vobis dicto preposito et successoribus vestris omnes partes vestras que vobis pertinent aut pertinere videntur pro parte vestra infra civitatem et extra per totam insulam Maioricharum videlicet in alfondicis operatoriis in alboera et in molendinis vel in quibuslibet aliis locis eiusdem insule predicte, tam in hermis quam in populatis, que non sunt adhuc divise et inter nos et vos et alias nobiles dividi debent. In omnibus iura vestra et partes vestras firmiter observamus, sicut istis terminis et afrontationibus predictis concluditur et terminatur dicta pars vestra in presenti vobis cognita aut cognitura cum ingressibus et egressibus suis cum heremo et populato cum hedificiis et pertinentiis, cum quindecim pedibus infra murum sicut est de consuetudine iuris regalis sarracenorum competentibus cum muro civitatis et quod extra murum possitis facere darazanam et portum et in mari operari et construere pro bono proprio vestro et pro bono publico et comuni et portas aperire in muro et ampliare iam factas et facere domos et vivarios ortos et ortales de celo usque in abissum, sicut vobis et vestris melius videbitur expedire. Hec omnia predicta et singula vobis prenominato preposito et vestris successoribus concedimus et laudamus ad habendum tenendum dandum vendendum inpignorandum et modo quolibet alienandum et perpetuo pacifice possidendum sicut rem vestram propriam liberam et quietam.* Escrit per Pere de Sant Melió, escrivà, per manament del rei, per Guillem Rabassa, notari seu (L. 476 B, f. 9v).

14 calendas setembre 1236 (19/08/1236).- *Compositio facta inter dominum Regem et prepositum Terrachone super bonis que prepositus habebat in civitate et insula Maioricarum. Post longum litigium longamque altercationem diu agitatam inter dominum Jacobum Dei gratia Regem Aragonum et regni Maioricarum, comitem Barchinone et Urgelli et dominum Montispesulanum ex una parte et Ferrarium prepositum Terrachone ex altera, super quibusdam alqueriis et aliis honoribus et possessionibus insule Maioricarum quas dictus prepositus ratione suarum cavalleriarum ex concessione domini Regis ad se pertinere dicebat, in manu domini Berengarii Dei gratia Barchinone episcopi et Petri de Cintillis Barchinone sacriste, partibus volentibus et consentientibus, ventum fuit, sub pena mille aureorum ad compositionem amicabilem et definitionem atque transaccionem perpetuam in huc modum: quod prepositus Terrachone integre et libere habeat domos et alias possessiones quas huc usque habuit et tenuit et adhuc habet et tenet in civitate Maioricharum, et circa civitatem in suburbis et in ortis atque molendinis, et habeat integre partem eum contingentem de omnibus pescationibus de albofera, sicut consuevit tenere et possidere. Reliqui vero honores tam alcherie quam*

*quelibet alie possessiones tam ille quas prepositus nunc habet et possidet quam etiam alie quas dominus Rex vel milites sui nunc tenent, de quibus questio erat inter prepositum et dominum Regem, et quas prepositus se habuisse et tenuisse dicebat, iuxta bonorum virorum arbitrium per tres partes dividantur, quarum duas habeat prepositus et dominus Rex cum suis militibus habeat terciam. Hoc tamen expressim et specialiter intellecto quod milites domini Regis recipient suam terciam partem in locis in quibus sunt nunc populati. Et si in hiis que modo tenent dominus Rex vel milites sui inventi fuerint in divissione ipsarum trium partium habere ultra terciam partem, illud quod plus erit iuxta arbitrium virorum bonorum restituatur preposito de bona et comuni terra habita locorum consideratione. Si vero minus tercia parte inventi fuerint habere fiat eis supplementum, usque ad terciam partem, de aliis possessionibus quas prepositus tenet similiter de bona et comuni terra habita locorum consideratione. Preterea de voluntate partium fuit ita conductum quod homines prepositi qui quondam fuerunt populati in alcheria que dicitur Silver, reddant ad populationem illam et simul cum hominibus qui hodie sunt ibi populati pro domino Rege vel militibus suis, sint communiter populati; et equaliter in alcharia de Silver et de Petra. Arbitratores etiam sive divisores qui eligendi sunt super his omnibus dividendis et estimandis a prefato domino Berengario Barchinone episcopo et Petro sacrista elegantur et faciant suam divisionem usque ad proximum festum Natale Domini, et ea que ipsi iuxta modum predictum divisorint sive ordinaverint, sub prefata pena perpetuo conserventur, et quod ipsi episcopus et sacrista per prefatam penam mille aureorum compellant partes complere et atendere predictam omnem transactionem sive compositionem et divisionem cum facta fuerit ab his quos ipsi elegerint faciant incolvulasam (sic) [inconvulsam] firmiter observari. Item quod prepositus faciat absolviri a vinculo excomunicacionis milites et alios homines qui pro causa ista fuerunt excomunicacionis vinculo innodati. Ita tamen quod quod dominus Rex faciat omnes expensas si mitendus fuerit nuncius ad curiam romanam, pro absoluzione huiusmodi obtinenda. Preterea si in hiis que dicta sunt et in hiis que adhuc sunt ordinanda et dividenda inventum aliquid fuerit ambiguum vel obscurum, vel si pro hiis aliquo modo aliquam inter partes contingeret moveri questionem sub predicta pena mille aureorum per ipsum dominum Berengarium episcopum et Petrum sacristam quos ad hoc suos arbitros elegerunt terminetur diffiniatur et etiam dividatur et teneatur quelibet pars eorum dictis vel definitionibus comperere.* Escrit per Bernat Blanca, de manament de Berenguer bisbe de Barcelona i de Pere de Centelles, sagristà de Barcelona (L. 476 B, f. 11r).

18 calendes desembre 1249 (14/11/1249).- *Littera domini Regis missa baiulo et juratis et probis hominis Maioricarum super composizione facta de honoribus et possessionibus inter dominum Regem et prepositum.* Carta de Jaume, rei d'Aragó, de Mallorca i de València, comte de Barcelona i d'Urgell i senyor de Montpeller, als fidels batle, jurats i prohoms de Mallorca, en la qual els comunica la divisió en tres parts dels béns que tenia en litigi amb el paborde de Tarragona, segons la divisió del 14/11/1249. En conseqüència, els mana que observin la divisió i permetin al paborde i als seus familiars gaudir dels béns (L. 476 B, f. 11v).

## L.1398 B

Lleida, 7 idus desembre 1234 (07/12/1234).- *Donatio quam Rex fecit sacriste tunc electo.* Nos, Jaume, rei d'Aragó i de Mallorca, comte de Barcelona i d'Urgell i senyor de Montpeller, atesa l'affecta i la integritat d'ànim que vós, dilecte Guillem, electe de Tarragona, vos donam, lloem i concedim *castrum et villam de Eviza cum tota insula in qua est, et totam insulam de Formentera, cum salinis et leudis, portibus et omnibus exitibus maris et terre et cum aquis dulcibus et salsis, stagnis, lignis, pratis, pascuis, montibus, planis, montanis cultibus et heremis, silvis, nemoribus et garricis, et cum omnibus ingressibus et egressibus per mare et per terram et cum forciis, hedificiis et melioramentis factis et faciendis, et cum omnibus omnino et singulis juribus et jurisdiccionibus pertinenciis ad dictum castrum et villam, et ad predictas insulas pertinentibus et debentibus pertinere,* de manera que ho tindreu en feu a costum de Barcelona i ens donareu la potestat del castell en ser-ne requerit. I si ho donau a altra persona laica, m'haurà de prestar homenatge i fidelitat i donar la potestat. Aquesta donació només tindrà valor si aconsegueixes espugnar el castell i les illes abans de la propera festa de Sant Miquel. Notari: Ramon de Vilanova de Tarragona (L. 1398 B, f. 2ra).

Alcanyís, 6 calendes març 1250 (24/02/1251).- *Confirmatio testamenti quam Rex fecit.* Nos, Jaume, rei d'Aragó, Mallorca i València, comte de Barcelona i d'Urgell i senyor de Montpeller, lloem, confirmem, aprovem i corroborem el testament del venerable i dilecte nostre Guillem de Montgrí, sagristà de Girona, i expressament el llegat

que feu *de castro et insula ac terra Eviça, et de insula Frumentarie mense archiepiscopale et canonie Terrachone cum hominibus suis*, amb les condicions contingudes a l'instrument de donació que li fèrem. Notari: Ramon de Vilanova de Tarragona (L. 1398 B, f. 2ra).

Barcelona, 7 calendes febrer 1243 (26/01/1243).- *Vendicio quam Rex fecit de quartono.* Nos, Jaume, rei d'Aragó, Mallorca i València, comte de Barcelona i d'Urgell i senyor de Montpeller, venem a Guillem de Montgrí, sagristà de Girona, *totam illam partem cum jure dominio et jure diccione quam Nuno Sancii consanguineo nostro habebat et habere debebat in castro et villa et insula de Eviza de Formentera tam in mari quam in terra, que omnia emimus a manumissoribus dicti Nunonis*, que tindreu per Nos en feu a costum de Barcelona. Per 9.500 sous melgoresos. Escrit per Guillem escrivà, de manament del rei (L. 1398 B, f. 2vb).

Pridie idus abril 1235 (12/04/1235).- *Donatio quam electus fecit P. et N. Sancii de medietate Eviça.* Nosaltres, Guillem electe de Tarragona, Pere infant de Portugal i senyor de Mallorca, i Nunyo Sanç, venim a concòrdia i amigable composició *super expugnandis et adquirendis insulis memoratis in hunc videlicet modum: quod preparemus nos incontinenti bona fide et sine enganno ad eundum expugnandum et capiendum castrum de Eviza et insulas memoratas.* Ita tamen *quod eamus ibi omnes cum exercitu nostro domino concedente.* Et cum jamdictas insulas et castrum adquisierimus, dividemus eas et castrum inter nos bene et fidelitar sub hac forma: *Primo quod ad honorem et laudem Domini nostri Jhesuchristi et gloriose virginis matris sue dotabimus ibi ecclesiam parrochialem et hereditabimus honorifice ad arbitrium et cognitionem duorum clericorum et duarum personarum laycarum qui bene et fideliter sub sacramento in hoc provideant et ordinent.* *Ipsa vero dotata honorifice et sufficienter deducantur et percipientur de omnibus bonis mobilibus et se moventibus ibidem inventis et adquisitis expense facte et faciende in maximis et ingeniis et aliis communiter necessariis et utilibus ad expugnacionem et captionem castri et fortitudinis.* Si autem predicta non suffecerint, deducatur et percipientur predicte expense de redditibus sive proventibus tam villam quam insularum quam cuiuscumque alterius rei, que appellatione redditus seu proventus totius terre sive maris intelligi possit. Deinde unusquisque nostrum habeat in jamdicto castro, villa et fortitudine terciam partem pro diviso non habito rescriptu ad numerum militum vel armatorum et quilibet nostrum habeat partes suas sibi et successoribus suis

*ad suas suorumque voluntates in perpetuum faciendas. Hoc tamen excepto quod nos dictus P. et nostri et nos dictus N. et nostri teneamus jamdictas partes nostras in jamdicto castro, villa et fortitudine in feudum secundum consuetudinem Barchinone pro vobis domino Gº electo Terrachone toto tempore vite vestre; et post obitum vestrum per successores vestros archiepiscopis Terracone. Ita tamen quod redditus, exitus et proventus et census et omnia alia eximenta tam domorum quam omnium aliarum rerum et ipsas res immobiles preter capud castri et fortitudinem ipsius castri et ville quas nos habebimus et tenebimus in feudum infra muros ipsius ville possimus vender, impignorare, donare et alienare cuicunque voluerimus et quandocumque, non etiam requisito vobis domino Gº nec successoribus vestris, nec teneamur vobis nec vestris dare laudismum nec foriscapium nec aliquid ratione alicuius alienationis quam inde fecerimus. Promitentes vobis et vestris successoribus archiepiscopis per nos et nostros dare potestatem irati et paccati de portionibus nostris scilicet predicti castri, ville et fortitudinis quandocumque et quocienscumque per vos aut per nuncios vestros fuerimus requisiti. Alia autem omnia que sunt extra villam tam mobilia quam immobilia quam se moventia que sunt in insulis memoratis vel erunt impostorum domino concedente usque in diem divisionis tam in mari quam in terra, quam in stagnis, quam in quibuscumque aliis pertinentibus et pertinere debentibus ad castrum et insulas, longe vel prope, ratione terre vel maris, dividamus bene et fideliter inter nos per numero militum seu armatorum quosquisque nostrum habuerit in obsidione et captione jamdicti castri et predictarum insularum. Hanc autem portionem quilibet nostrum habeat et possideat suo jure, ita quod dictus dominus P. non teneat ibi aliquid pro domino Nunone, nec Nuno pro domino infante, nec dictus infans pro domino electo. Et si forte aliqua causa aliquis nostrum erit impeditus ad eo quod non sit in propria persona in hoc viatico factis et completis per milites suos et homines omnibus et singulis bona fide et sine enganno que supradicta sunt, habeat bene et integre portionem suam ut supradictum est ac si ibidem in propria persona interesset. Seguidament, Pere de Portugal i Nunyo ho juren sobre els Evangelis i reten homenatge de fidelitat al sagristà.*

Notari: Pere Bonell de Tarragona (L. 1398 B, f. 3ra).

9 calendes març -1251- del vuitè any del seu pontificat (21/02/1252).- *Confirmatio testamenti sacriste quam dominus Papa fecit.* Innocenci IV confirma el testament de Guillem de Montgrí (L. 1398 B, f. 3ra).

14 calendes juliol 1273.- *Secundi codicilli quos fecit sacrista.* Segon codicil fet pel sagristà Guillem de Montgrí el 14 calendes juliol 1273 (18/06/1273). El primer codicil és del 18 calendes febrer 1248 (15/01/1249) (L. 1398 B, f. 6ra).

14 calendes juliol 1273 (18/06/1273).- *Assignatio capellani Gerundense.* El sagristà Guillem de Montgrí assigna Guerau Jordà com a capellà del benefici que ha fundat a l'altar de Sant Domènec de Girona (L. 1398 B, f. 7va).

10 calendes octubre 1273 (22/09/1273).- *Quando fuit traditum castrum de Evisa Bn. Raimundi.* Els marmessors del sagristà Guillem de Montgrí encomanen a Bernat Ramon d'Olivella la part del castell i illes d'Eivissa i Formentera que correspongué a Nunyo Sanç i que el sagristà comprà al rei Jaume (L. 1398 B, f. 7vb).

10 calendes octubre 1273 (22/09/1273).- *Promissio quam prepositus fecit Geraldo Jordani de CL bisantiis soluendis.* Pere Bernat, paborde de Tarragona, promet donar cada any per a Pasqua 250 besants d'argent al prevere servent el benefici de l'altar de Sant Domènec fundat a la catedral de Girona per Guillem de Montgrí (L. 1398 B, f. 8ra).

10 calendes octubre 1273 (22/09/1273).- *Prepositus approbavit ordinationem sacriste.* El paborde de Tarragona aprova les disposicions testamentàries i codicilars fetes pel sagristà Guillem de Montgrí, especialment perquè entre un i altres va comprar al rei Jaume la part d'Eivissa per pertanyé a Nunyo Sanç (L. 1398 B, f. 8va).

10 calendes octubre 1273 (22/09/1273).- *Confirmacio domini Bn. quam fecit post mortem sacriste archiepiscopus.* L'ardiaca de Tarragona aprova les disposicions testamentàries atorgades per Guillem de Montgrí, després d'haver mort aquest (L. 1398 B, f. 9ra).

10 calendes octubre 1273 (22/09/1273).- *Definitio quam fecit dominus archiepiscopus et prepositus manumissoribus.* L'arquebisbe i el paborde defineixen qualsevol demanda que puguin tenir sobre el testament de Guillem de Montgrí (L. 1398 B, f. 9va).

7 calendes setembre 1273 (26/08/1273).- *Declaratio testamenti et codicillorum.*

Com que no estaven en el testament, per orde del notari Bernat Domènec l'escrivà Miquel de Ulmo posa en pública forma les deixes que feu de paraula Guillem de Montgrí, qui morí de malaltia el 14 calendes juliol 1273 (18/06/1273) (L. 1398 B, f. 10ra).

18 calendes febrer 1248 (15/01/1249).- *Codicilli sacriste.* Guillem de Montgrí confirma el seu primer testament i fa el primer codicil (L. 1398 B, f. 10va).

14 calendes juliol 1273 (18/06/1273).- *Ultimum testamentum sacriste.* Guillem de Montgrí confirma el seu primer testament, que fou aprovat pel Papa i pel rei, i fa un segon testament (L. 1398 B, f. 7vb).

10 calendes desembre -1322-, sisè any del seu pontificat (22/11/1322).- El Papa Joan XXII, des d'Avinyó, recorda al rei de Mallorca, nét de Jaume I -segurament Sanç-, que ha de retre homenatge a l'arquebisbe de Tarragona per la seva porció d'Eivissa (L. 1398 B, f. 11rb).

7 calendes maig 1249 (25/04/1249).- Jaume I ordena per carta a Bertran Bou, percentor de Mallorca, i a Guillem de Torrella i Ramon de Clusa, cavallers, constituïts en presència de testimonis, que procedeixen a dividir els honors que tenen a Mallorca ell i Arnau Gibot, ara paborde de Tarragona, segons l'arbitratge promulgat pel bisbe de Barcelona i el sagristà Pere de Centelles. La carta està datada a Tortosa el 7 idus desembre (07/12/1248). El 13 de maig, els designats es traslladaren als diversos llocs del contrast i, assessorats per prohoms i veïns cricumdants, feren la següent divisió que posaren per escrit: *Assignamus itaque ad primam partem alqueriam de Silvar que est in termino de Inca, et alqueriam que dicitur Castelitx et Albenia et Holloch et Raal que sunt in termino de Montueri. Ad secundam partem assignamus alqueriam que dicitur Mancor que est in termino de Inca et alqueriam que dicitur Solanda et Mala que sunt in termino de Sixneu et alqueriam que dicitur Pilar et Pilarela et Benimeyayb que sunt in termino de Petra. Et ad terciam partem assignamus alqueriam que dicitur Beniyamar et Massarela et Benizen et Beniroj et Moscaritx et illud quod tenet dictus prepositus in villa de Inca pariter cum vineis et honoribus quas et quos tenent Rotlandus Sabater, que quidem omnia sunt in termino de Inca. Notificantes nichilominus culmini regie magestatis quod de voluntate antedicti prepositi est quod vobis tanquam domino pro vestris militibus de predictis tribus*

*partibus accipiendo unam quam malueritis eleccio preveatur. Remanentibus duabus partibus preposito antedicto, prout in arbitrali sentencia continetur. Notari: Bernat d'Arters de Mallorca (L. 1398 B, f. 16rb).*

Lleida, 10 calendes juliol 1257 (22/06/1257).- Nos, Jaume, rei d'Aragó, Mallorca i València, comte de Barcelona i d'Urgell i senyor de Montpeller, *protestamur et dicimus in rei veritate quod omnes hereditates et possessiones quas Ferrarius quondam prepositus Terrachone habuit in civitate et insula Maiorice tempore captionis dicte civitate et insule, seu tempore quo dicta civitas et insula divise fuerunt, conti (espai en blanc) ipsum prepositum pro parte sua ipsius civitatis et insule ratione suarum cavalleriarum* (L. 1398 B, f. 16vb).

## ARXIU MUNICIPAL DE SÓLLER

### *Pergamins*

7 calendes desembre 1242 (25/11/1242).- *Hoc est traslatum fideliter factum a quodam instrumento tenor cuius talis est: Ego, Raimundus Costantini, per me et meos dono donatione inter vivos tibi Arnaldo Deveris ? et tuis et quibus volueris in perpetuum totum meum honorem quem habeo et habere debo in tota terra sive insula Mayoriche, tam in porcione domini Gerunde Sacriste quam in porcione domini Comitis Ympuriarum, tam intus Civitatem quam extra in omnis locis. Item dono tibi et tuis perpetuo meam medietatem illius medius molendini quam ego acaptavi a Raimundo de Olzina, quod molendinum est in valle de Soler. Hec inquam omnia, prout melius hebeo et habere debo et in meis continetur instrumentis, tibi et tuis perpetuo dono, et in presenti trado, cum exitibus et ingressibus et pertinentiis et tenedoribus et vineis et terris cultis et heremis et arborum diversorum generorum et omnibus apparatus dicte mee medietatis predicto medium molendini et cum... aliis in eis habentibus et qualicumque modo pertinentibus, prout melius dici vel intellegi potest, ad tuum tuorumque comodum ad omnem tuam propriam voluntatem, omni tempore ibi et inde faciendam. Salvo jure dominorum in omnibus. Sine aliquo retentu que inde non facio et omnibus meis vocibus et rationibus meorum inde translatis et ponetis ? remanentibus. Et si causa ingratitudinis vel aliquo*

*jure scripto vel non scripto, sive exceptione aliqua in futurum huic donationi ab mea iret possem, illo juri omnino in perpetuum renuncio. Actum est hoc, VIIº kalendas decembris anno millesimo ducentesimo quadragesimo secundo. Signum Raimundum Costantini qui hec firmo et laudo. Signum Arnaldum de Felleno ?. Signum Raimundum de Ermidanis. Ego Paschalis scripsi hoc mandato Bernardi de Vico, publici Gerunde notarii. Ego Bernardus de Vicco, publicus Gerunde notarius, suscribo. Signum Petroli de Villacrassa, notarius Maiorice, testis. Signum Bernardus de Rees, notarius... Signum Arnaldi Poncii, notarius publici maiorice qui hoc completum fideliter tanslatari fecit et propria manu sua clausit IIIª nonas aprilis anno Domini millessimo ducentesimo quincuagesimo quarto (AMS. Sense catalogar. Procedent del fons Miquel Ballester).*

Mallorca, idus agost 1325 (13/08/1325). “*Carta de la Plassa de Sóller*”. Reparació de l’escritura d’avinença entre els jurats de Sóller, i Pere i Francesc de Font, hereus de la baronia del comte d’Empúries, sobre la plaça de Sóller, que passa a ser d’ús públic a canvi d’un censal d’un tassó ple d’aigua anual el dia de la Mare de Déu d’Agost, més vuitanta lliures d’entrada, en reconeixement del domini senyorial, i de certs drets d’edificació concedits als senyors de la baronia (AMS. Pergamí 5005).

Mallorca, 21 juny 1371.- “*Carta de compra que la universitat de la parroquia de Soller feu de hun clos de tapies lo qual antes girament solia esser carnesseria*”. Guillem de Sant Joan i Ramon de Sant Martí, senyors de la baronia del Comte, estableixen als jurats de Sóller el solar on està la carnisseria i la pescateria, per 4 lliures censals i un tassó d’aigua per Nadal (AMS. Pergamí 5019).

## ARXIU DEL REGNE DE MALLORCA

### ***Reial Audiència***

#### **Pergamins s. XIII**

13 calendes maig 1232 (19/04/1232).- Ferrer, paborde de Tarragona, *damus vobis Barberano de Tourit et Raimundo de Tourit et Domenico de Pulcromonte* perpètuament *quasdam domos quas habemus in Civitate Maioricarum in nostra porcione*. Afronta: Dues parts *in carraria publica* = Dues parts amb les cases que donàrem a Guillem Basset. Les dites cases *cum omnibus ingressibus et exitibus et pertinenciis, tectis, parietibus, hostiis, ianuis et omnibus infra se habentibus de abisso usque ad celum subtus terram ac super vos donam francas et liberas pro vestris cavallariis et omnibus melioramentis que deinceps ibi facere volueris sive potueris et ad omnes vestras vestrorumque voluntates perherenniter faciendas. Et vos et vestri faciatis ibi perpetuam habitacionem per vos vel per alios vestros colonos.* Firma Ferrer, paborde de Tarragona. Testimonis: Firma de Bernat Magistri. Firma Balaguer de Monterubeo. Guillem de Artes, notari del paborde de Tarragona, ho escrigué per manament seu. Firma Berenguer de Rees, notari públic de Mallorca. Firma Ramon de Aragone, notari públic de Mallorca. És còpia feta per Bernat de Artes el 3 calendes desembre 1240 (AA. Pergamins s. XIII, nº 6).

València, 12 calendes novembre 1238 (21/10/1238).- *Manifestum sit cunctis quod nos Nunus Sancii Dei gratia dominus Rossilione, Valle Aspirii, Confluentis et Ceritanie cum hac presenti carta firmiter imperpetuum valitura gratis et spontanea voluntate per nos et per omnes successores meos damus et concedimus et etiam in presenti tradimus tibi Baldovino de Semi, militi nostro, et omnibus heredibus et successoribus tuis viginti jugatas terre in insula Maiorice pro quibus XX jugatas assignamus tibi et tuis et etiam damus alqueriam nostram que vocatur Senobia pro duodecim jugatas cum omnibus terminis et pertinentiis suis sicut ipsam melius tenuit et habuit Guoter Dies et sicut ipsam tenuerunt et possiderunt fratres de Calatrava pro nobis, et etiam damus tibi pro residuis octo jugatis alqueriam nostram que vocatur Tormarina in termino de Campos que est de IIII<sup>or</sup> jugatis et in eodem termino aliam alqueriam nostram que vocatur Acen que vulgariter nuncupatur modo alcheria de Vinea, que similiter est de IIII<sup>or</sup> jugatis. Predictam vero alcheriam de Senobia que est in termino de Felenig et alias II<sup>as</sup> alcharias que sunt in termino de Campos habeatis tu et tui cum omnibus terminis et pertinentiis suis, ingressibus et egressibus, aquis, silvis, garriguis, nemoribus, pratis, paschuis, pascheriis, terris cultis et heremis, arboribus fructiferis et infructiferis et generaliter cum omnibus aliis hic expressis et non expressis ad dictas alcherias accidentibus et pertinent aliquo modo debentibus longe et prope. Ita tamen quod vos et vestri teneatis nobis et nostris continue in insula Maiorice unum militem vel unum hominem de nobile genere ex*

*toto garnitum cum armaturis ferreiis ac ligneis ad dictum militem et equm plenarie  
espectantibus, qui sequuntur nos per totum regnum Maiorice sine mei meorumque expensa  
vel missione quandocumque et quocienscumque nobis aut nostris necesse fuerit. Et in hoc  
et in aliis teneamini nobis et nostris facere secundum consuetudinem aliorum militum  
nostrorum constitutorum a nobis in terra de Mayorice, et quod sitis fidele et legale nobis  
et nostris in omnibus. Ad hec ego, Baldovinus predictus promito vobis domino Nuno  
Sancii per me et per meos heredes et successores meos sub fide homagii quod vobis facio  
quod erimus ego et mei vobis et vestris fidele et legale in omnibus et per omnia. Actum  
est hec apud Valencia XII<sup>a</sup> kalendas novembbris anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> octavo.  
Signum domini Nuni Sance. Testes huius rei sunt R. de Cellero, Garcia repositarius,  
Alamandus de Sadoa, G. de Portella, P. Antolinus, Rotlandi Lai, A. de Vernetto, Garcia  
Eneguiz. Raimundus Carles mandato domini Nuni Sance et vice magistri Johannes notari  
sui hanc cartam scripsit et hoc signum fecit. Signum magistri Johanne, notarius domini  
Nuni Sance, qui predicta et sigillari feci loco die et anno prefixis. Signum Guillemi  
Ferrarii, notarii publici Mayorice, testis. Signum Petri Romei, notarii publici Maiorice,  
testis. Signum Petri de Tovars, notarii publici Mayorice quod hac scribi fecit IIII<sup>a</sup> idus  
octobris anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LV<sup>o</sup> primo (ARM. AA. Pergamins s. XIII, n° 10).*

16 calandes juny 1242 (17/05/1242).- Cavalleria de la Calobra. *Hoc est translatum  
fideliter sumptum a quadam carta in pergamineo scripta, sigillo cere albe inpendenti  
munita, cuius tenor sequitur sub hiis verbis: Manifestum sit omnibus quod nos, Petrus,  
Dei gracia regni Maioricarum dominus, per nos et omnes meos et successores nostros  
damus in feudum ad consuetudinem Barchinone tibi, dilecto et fideli nostro Berengario  
de Rivo et tuis successoribus in eternum totum decimum ab integro panis, vini, olei, lini  
et canabi et omnium aliorum, excepto decimo animalium, quod nobis retinemus, que  
accipimus et accipere debemus in alqueria tua que dicitur Caulobra (sic), que est in  
termino de Montaneis, quam per nos tenes, et in omnibus aliis alqueriis et raallis  
dominacionis nostre que sunt in eodem termino de Montaneis, ita quod predictum  
decimum ab integro omnium expletorum que nos accepimus et accipere debemus in  
predictis alqueriis et raallis, excepto decimo animalium, tu et tuis teneatis, possideatis et  
expletatis imperpetuum cum omnibus ad ipsum decimum pertinentibus, et tu et tui pro  
predicta donacione teneatis equum, armam et garnicionem corporis et equi ad  
defensionem regni Maioricarum pro parte nostra et in numero nostro et ad honorem  
nostrum et successoribus nostrorum. Et faciatis nobis et nostris successoribus hostem per*

*omnes insulas Baleares ad consuetudinem Barchinone. Et si forte inde absens fueris, teneas ibi unum militem qui dictum tuum complementum nobis et successoribus nostris faciat. Et si forte alqueria tua quam per nos tenes aliquas feceris forcitudines, dabis inde nobis et nostris iratus et paccatus potentem illi qui locum nostrum teneruit in Maioricarum ad consuetudinem Barchinone. Et ita predicta omnia tu et tui teneatis, possideatis et expletetis imperpetuum ad dandum, vendendum, impignorandum et alienandum, et ad omnes tuas tuorumque voluntates inde faciendas consimili tuo, qui de predictis omnibus nobis teneatur. Ad hec ego, Berengarius de Rivo, recipiens hanc donacionem a vobis domino Petro, Dei gracia regni Maioricarum domino prohabito vobis sub fide homagii a me prestiti me hec omnia predicta observare et atendere bona fide vobis et successoribus vestris, et esse semper vobis et vestris fidelis et legalis bona fide sine malo ingenio. Data apud Maioricarum XVI<sup>a</sup> kalendas iunii anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> secundo. Huius rey testes sunt Petrus Nuniç, majordomus domini infantis, M. Nuniç, Arnaldus Johannis, Ferrarius Johannis, milites, Petrus Suarii, repositarius, Guillemus Capellanus, Magister Petrus, Jacobus de Zaphairegio, Arnaldus de Ylerda subvigarius, Petrus Johannis expenserius. Signum Bernardi de Artes, notarii publici Maioricarum, qui hec scripsit pro D. Suerii, notarii domini infanti loco, die et anno prefixis (ARM. AA. Pergamins s. XIII, n° 15).*

## **Arxiu Històric**

### **Pergamins de la Universitat**

16 calandes maig 1269 (16/04/1269).- Pere, bisbe de Girona, i el capítol, tingut consell entre nosaltres, *concedimus, laudamus et confirmamus monasterio Sancte Margarite in civitate Maiorce sito et priorisse et conventui eiusdem in perpetuum et tibi, Raimundo de Caciano procuratori constituto alchariam que vocatur de Morel et alcheriam sive rafallum que vocatur Paniscola, que omnes sunt in insula Maiorce* (borrat: ha de dir sota domini del bisbe) *et ecclesie Gerunde et que Guillemus de Turricella miles quondam dedit donatione inter vivos monasterio priorisse et conventui supradictus, cum omnibus suis terminis, juribus et pertinentiis universis sicut melius dictus Guillemus de Turricella quondam eadem omnia obtinebat et sicut plenius ea*

*concubit predicto monasterio sicut in instrumento inde confacto latius continetur. Salvo el nostre dret i domini i de l'església de Girona. I dit convent presta per Nadal per cens i agrari per dita alqueria de Morel 5 aureos alfonsins, sense altre agrer ni usatge ni servici ni delme. Pel rafal de Paniscola ens fa una bona masmudina i delme de tots els fruits i esplets. I ens donareu dos aureos alfonsins cada vegada que prendrà possessió una nova prioressa en aquest monestir. Retinemus et repermamus nobis et successoris nostris in predicta alcheria et raffallo et populatoribus et habitantibus in eis et termine eorumdum omnimodam jureictionem et dominium sicut melius alii captales havent in suis partidis et nos etiam habemus in partida nostra apud Moro. Si alguns habitants en dita alqueria i rafal i els seus termes es venen entre ells qualsevols possessions de la tinença i pertinença llurs, o si vosaltres, dit convent, veneu o alienareu qualsevol part, ens donareu el lluïsme o foriscapi tal com és acostumat. La prioressa és Guillema de Pontons. Hi ha la signatura de molts canonges i preveres de Girona, i de moltes monges de Santa Margarita. Notari Jaume Comitis, substitut de Bernat de Toyano de Girona (AH. Pergamins s. XIII, nº 4).*

## AH-436 bis

13 calendes setembre 1331.- *Cum domina Saura, uxor Guillemi Moratoni, notarii Maioricarum qm, teneatur facere unum equum armatum ob deffensionem terre Maiorice quandocumque et quocienscumque inde requiretur pro dominum Regem, seu eius locum tenentem, racione baronie que fuit nobilis Comitis Impurie et nunc est venerabilis Francisci de Fonte et heredes Petri de Fonte fratris eius quondam. Et de dicto equo armato faciendo pro ipsa domina Saura ac vice et nomine eius convenisset cum Berengario Roberti ut sequitur infra. Ideo dictus Berengarius Roberti, civis Maiorice promisit se obligando dicte domine Saure quod ipse pro ea et eius nomine faciet dictum equum armatum bene et sufcienter ad noticiam dicti domini locum tenentis et curie sue, et servicium ipsius hinc videlicet ad tres annos proxime venturos et completos quandocumque et quocienscumque infra dictos tres annos a dicto domino Rege seu eius locum tenente inde fuerit requisitus omni dilacione et excepcione remotis, et inde obligat etc. Pro servicio autem dicti equi armati dictorum trium annorum fuit confessus dictus Berengarius Roberti a dicta domina habuisse et recepisse viginti libras etc. Renunciant etc. Et venerabilis Hugo Viaguessa (Maguessa ?) gerens vices locum tenentis dicti domini Regis admisit dictum Berengarium Roberti ad dictum equum armatum et servicium*

*eiusdem faciendum pro dicta domina Saura quandocumque inde fuerit requisitus et de ipso Berengario se tenuit pro contento* (ARM, AH-436 bis, f. 6r).

11 calandes setembre 1331 (22/08/1331).- Davant el venerable i discret Berenguer de Bacho, donzell, lloctinent en el regne de Mallorca, assegura i proposa Berenguer Morgati, CM, que Francesc de Pertegacio *nondum est unus annus gerens vices vicarii forensis, cum esset et verteretur questio et controversia inter ipsum Berengarium et Petrum Rogerii et Jacobum Mart de Alcudia ratione possessionum et terminorum alquerie de Vernissa quam ipse Berengarius Morgati tenet et possidet contiguam quibusdam possessionibus dicti Jacobi difinuit sentencialiter hec predicta et fecit inde particionem, quequidem sentencia et particio sunt valde inique et injuste facte, salvo honore vestro, nam vigore dictarum sentencie et particionis si sic transeüint ex honoribus et terris que sunt de tenedone et pertinentiis dicte alquerie est multum sublatum et ablatum ipsi alquerie et datum dictis, et Petro Rogerii Jacobo ampliando plus debito possessionem eiusdem Jacobi; sicque dictus Berengarius sentiens se pro inde gravatum s'apel·là al rei i presentà recurs davant el venerable Berenguer de Santa Cília, cavaller, aleshores vicegerent del lloctinent general, demanant que anés a veure el lloc del contrast; i com aquest contestés que estava molt ocupat i no podia anar-hi, aleshores dit Berenguer es va apel·lar. I com que dita alqueria sigui cavalleria de porció reial i, per tant, el recurs hagi de ser resolt dins un any, suplica al lloctinent que accedeixi personalment a dita alqueria i, vist a l'ull el lloc del contrast, revoqui la sentència i corregeixi la partió i la torni al seu estat degut (ARM. AH-436 bis, f. 6v).*

9 calandes juny 1332 (24/05/1332).- *Die et anno promissis fuit mandatum per venerabilem et discretum Gueraldum Aderroni, domicellum, vicarium civitatis Maioricarum, ex comissione sibi a serenissimo domino Jacobo, rege Maioricarum, facta, omnibus in insula Maioricarum equos armatos facientibus, quod die sabbati proxime instanti cum eorum omnibus equis armatis intersint muniti et parati pro mostra facienda prout decet in palacio dicti domini rege, sub pena feudi.*

*Pro mostra facienda.*

Lo Bisba de Barchelona fa per la sua baronia cavayls armats, VII.

Francesch Safont per la baronia que fo dels compte Dempuries cavayls armats, VII e mig.

Lo procurador del bisbe de Gerona per raho de la sua baronia fa cavails armats,  
III.

Lo batle del abat de Sen Feliu de Guixols fa per la sua baronia cavayl armat, I e.l  
quart.

Johanet de Sen Johan e en Berenguer de Sen Johan fan per lo senyor Rey cavayls  
armats, II.

Arnau Togores fa per lo senyor Rey cavayls armats, II.

Aries Ferrandis fa cavals armats, II.

Berenguer Desbach fa cavayls armats, II,

Pere de Tornamira fa cavayl armat, I.

Pere Satorre fa cavayl armat, I.

Perico Torroella fa cavayl armat, I.

Pere Dalmau fa cavayl armat, I.

Pere Arnau Burguet fa cavayl armat, I.\*

Alemany de Sadoha fa cavayl armat, I.

Mestre Jacme Desvalers fa cavayl armat, I.

Assalit de Galiana fa cavayl armat, I.

Los hereus den Garau de Rius fan cavayl armat, I.

Guerau Aderro fa cavayl armat, I.

Pons de Lupia fa cavayl armat. I.

Romeu de Sagra fa cavayl armat, I.

Guillem Traver fa cavayl armat, I.

Perico Puigdorfila fa cavayl armat, I.

Lespital de Sen Johan de Jerusalem fa cavayls armats, V e mig.

Arnau de Sanctacilia fa cavayls armats, II.

Berenguer de Sancta Cilia cavayler fa cavayl armat, I.

Asbert Sa Cortada fa cavayl armat, I.

Guil Garces fa cavayl armat, I.

Pere Demveg fa cavayl armat, I.

Francesch Rossello fa cavayl armat, .I

Pere de Montso fa cavayl armat, I.

Guillem Arnau Sesesgleyes fa cavayl armat, I.

Pere Nunis fa cavayl armat, I.

Na Bausana fa cavayl armat, mig.

- Ramon Saverdera dalaquanti fa cavayl armat, la quarta part.
- Andreu Porceyl per la baronia del Ardiacha fa cavayl armat, I.
- Guillem Morato notari per la cavalaria de Sent Jordi fa cavayl armat, I.
- Guillem de Sent Iscle fa cavayl armat, I.
- Guillem Arnau Dila fa cavayl armat, I.
- Lo hereu den Jacme Valenti fa cavayl armat, I.
- Uguet de Totzo cavayler fa cavayl armat, I.
- Pere Ferrandis fa cavayl armat, I.
- Ferrando Ferrandis fa cavayl armat, I.
- Arnau Torroeyla fa cavayl armat, I.
- Lodrigo Ortis fa cavayl armat, I.
- Lo pebordre de Tarragona fa cavayls armats, III.
- Arnau Torreyles fa cavayls armats, III.
- La Capeylanya del Bisbe Torreles fa cavayl armat, mig.
- Bernat Tornamira fa cavayl armat, I.
- Francesch de Canet fa cavayl armat, .I
- Les dones de Jonquieres fan cavayl armat, I.
- Maymon Piriz fa cavayl armat, I.
- Arnau de Cardellach fa cavayls armats per la baronia de Bunyola, .V
- \* Nota marginal: *Pridie veneris intitulata XII<sup>a</sup> kalendas augusti anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, Franciscus Valentini obligavit se hinc ad unum annum ad faciendum dictum equum cum armis prout ipse Franciscus concedit.*
- (A peu de pàgina):
- Lo Rey deu fer cavayls armatz per si matex, LV e mig.
- Item per Na Guilema de Montcada, VII e mig.
- Item per Gilibert de Cruilles, mig.
- Item per lo Temple, II e mig.
- Item per les dones de Jonquieres, I.
- Item per en Bernat de Sancta Eugenia, I e mig.
- Per tots aquests pren lo Rey part dels proveniment (sic) de la Vegueria a raho de C cavayls armats (ARM. AH-436 bis, f. 29r).

4 nones juliol 1332 (04/07/1332).- *Post modum vero die sabbati intitulata III<sup>a</sup> nonas iulii anno Domini millessimo CCC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> secundo venerabilis et discretus*

*Andreas Guiterii ex comissione sibi facta a serenissimo domino Jacobo Dei gratia rege Maioricarum ordenavit atque misit homines equites armatos et personas infrascriptas per certa loca insule Maioricarum prout subsequit ordinatum:*

Alcudia

|  |                       |
|--|-----------------------|
| R. de Sent Marti per cap ab cavayl armat | 1                     |
| P. Serdo                                 | 1                     |
| Lo comanador del Spital                  | 1 e mig               |
| Lop Garces                               | 2                     |
| Francesch de Pertegas                    | 2                     |
| Francesch Safont                         | 2 e mig               |
| Bng. Rober per si e per en Moraton       | 2                     |
| P. Sacoma                                | 1                     |
| P. Ferradis                              | 1                     |
| Lodrigo Ortis                            | 1                     |
| R. Saverdera Dalacanti                   | Quart de cavayl armat |

Sent anyi

|   |   |
|---|---|
| Ar. Sentacilia per cap  | 2 |
| Jac. Senta Cilia  | 1 |
| G. de Sentacilia  | 1 |
| Ar. Togores   | 2 |
| Alamany de Sadoa  | 1 |
| Bng. Tornamira fil den Bn. Tornamira                              | 1 |
| Ar. Torroella senyor de Morel                                     | 1 |
| G. Riudeperes scuder den Philip Valenti per en F. de Cimet (Amer) | 1 |

|   |   |
|---|---|
| G. Ebri fil den P. Ebri per en P. Ferrandis | 1 |
|---|---|

|            |                  |
|------------|------------------|
| Na Bausana | Mig cavayl armat |
|------------|------------------|

|           |   |
|-----------|---|
| P. Dalmau | 1 |
|-----------|---|

|            |   |
|------------|---|
| Bn. Demveg | 1 |
|------------|---|

Cap de la Pera

|   |   |
|---|---|
| P. Honiç per cap ab cavayl armat          | 1 |
| Ar. Burguet ab                            | 1 |
| I escuder den Bn. G. per en Pons de Lupia | 1 |
| Gossalbo Honis                            | 1 |
| P. Torroela                               | 1 |

|  |   |
|--|---|
| R. Satorra                             | 1 |
| P. de Monso                            | 1 |
| Jac. Valenti                           | 1 |
| Romeu Ebrines                          | 1 |
| P. Traver                              | 1 |
| Bng. Tornamira fil den P. Tornamira ab | 2 |
| R. Sacortada                           | 1 |
| <u>Andrag</u>                          |   |
| Bn. Buadela per cap                    | 1 |
| Bartomeu Perayon                       | 1 |
| Maymon Peric                           | 1 |
| Simon Ses Esgleyes                     | 1 |
| Bng. Oller                             | 1 |
| Jac. Perato                            | 1 |
| G. de Banyeres                         | 1 |

*Et illa eidem die fuit cuique bajulo dictorum locorum directa, ad instantiam dictorum capitum, sequens littera, ex parte dicti venerabilis Andree Guiterii nominibus locorum baiulorum ... tenorem qui sequitur continens:* De part de nos Nandreu Guiter conseyller del mont alt senyor Rey nostre de Malorques a lamat lo batle de Alcudia ho son loch tenant saluts e dileccio. Con lo senyor Rey damunt dit haia ordonat que en lo loch e ribera de Sent any del dit batliu vostre sien e degen guardar e estar homens a cavayl armats en deffensio del dit loch, en capita e aministrador e maior dels quals es estat elet en R. de Sen Marti donzel. Emperço vos dehim e us manam de part del dit senyor Rey que vista la present al dit R. e als altres qui ab lo dit R. saran fassats obeyr en aiuda e en deffensio del dit loch tota vegada que request ne serets per lo dit R. los homens personalment e les gens del dit vostre batliu e a aquels homens a cavayl fassats fer e donar compliment de tot so que a heyls mester e necessari lus sera de ostals e d.altres coses. Eyls empero pagant e safisfent so que en vianda ho en altra manera.n pendran ne liurat lus sera. *Data Maioricarum III<sup>a</sup> nonas iulii anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> secundo (ARM. AH-436 bis, f. 32r).*

15 calendes octubre 1314 ( 17/09/1314).- Nos, Sanç, rei de Mallorca, comte del Rosselló i Cerdanya i senyor de Montpeller, reflexionant que vos donàrem a vós, Berenguer des Bac, donzell, dilecte i fidel nostre, 40 lliures RM anuals i rendals perpètues que tindreu per Nos en feu i per les quals tindreu un cavall armat a servei nostre per a la tuïció i defensa del regne de Mallorca i illes adjacents; les quals 40 lliures vos eren assignades sobre els nostres cofres fins que fossin atribuïdes sobre certs rèdis anuals; per la qual cosa, volent alliberar els nostres cofres de la prestació d'aquesta quantitat, vos donam els rèdis següents: Les 29 lliures 8 sous censals que són tingudes pels hereus de Tomàs de Quintanes, qm, sota cens de 8 lliures 16 sous que vós els pagareu i, per tant, queden reduïdes a 20 lliures 12 sous; o sigui: Per un honor que té Pere de Cantallops, en part plantat de vinya i la resta en part conreada i part inculta, on hi ha cases i hort. Afronta: Honor de Vernet de Montblanc = Honor de Berenguer Vidal = Honor de Jaume Feliu = Muntanya nostra. Per un honor de Berenguer Vidal, en part conreat i en part inulte, on hi ha vinya, hort i casa. Afronta: Honor dels hereus de Bernat Pellisser = Honor de Pere Jaume i Domènec d'Estada = Precedent honor de Pere Cantallops. Per un honor de Jaume Feliu, on hi ha vinya i predis conreats i inultes. Afronta: Honor de Ramon de Palou, tingut pel bisbe de Girona = Via pública = Precedent honor de Pere Cantallops = Muntanya nostra. Per un honor de Domènec d'Estada, on hi ha cases i vinya i un hort contigu. Afronta: Dues parts amb vies públiques = Honor de Berenguer Vidal = Honor d'Arnau de Valls, tingut pel bisbe de Girona. Per un honor de Joan Alcover, on hi ha vinya i un camp i garrigues. Afronta: Via pública = Honor de Pere de Piera, tingut pel bisbe de Girona = Honor de Bartomeu Pellisser, tingut per nos = Honor de Pere Jaume. Per un honor de Pere Jaume on hi ha vinya i un camp. Afronta: Via pública = Predit honor de Joan Alcover = Honor dels hereus de Bernat Pellisser = Honor de Berenguer Vidal. Els predis honoros de Jaume Feliu, Joan Alcover, Pere Jaume i Domènec d'Estada són tinguts pels hereus de Garau de Tolosa a cens; i aquests el tenen pels hereus de Berenguer de Castelló; els quals, juntament amb els honoros predis de Berenguer Vidal i Pere de Cantallops, els tenen pels hereus de Tomàs de Quintana a cens de les dites 8 lliures 16 sous; i aquests hereus els tenen per Nos a cens. A més, entre els censos i drets per Nos comprats i dels quals es reben les 40 lliures, hi ha aquelles 31 lliures 4 sous censals que són tingudes per Nos a cens de 77 sous que vós ens pagareu i, per tant, queden reduïdes a 27 lliures 7 sous; o sigui: Per unes cases de Bernat Talern. Afronten: Dues parts amb vies = Hort d'Arnau de Valls = Cases de Bartomeu Ponç. Per unes cases amb retrocorral contigu de Bartomeu Ponç. Afronten: Predites cases de Bernat Talern = Hort d'Arnau de

Valls = Cases dels hereus de Berenguer Blanc = Via pública. Per unes cases amb retrocorral i horts contigus dels hereus de Na Roca. Afronten: Predites cases de Bartomeu Ponç = Hort d'Arnau de Valls = Hort de Berenguer de Mosqueroles, tingut per Bernat de Torrella = Cases d'Arnau Negre i d'En Cerdanyola. Per unes cases amb retrocorral contigu d'Arnau Negre. Afronten: Honor dels hereus de Na Roca = Hort de Berenguer Mosqueroles, tingut per Bernat de Torrella = Via = Cases de Guillem Esteva i de Na Cerdanyola. Per unes cases amb retrocorral contigu de Pere Cerdanyola. Afronten: Via pública = Tinença d'Arnau Negre = Cases de Guillem Esteva = Celler de Berenguer de Castelló, qm. Per unes cases de Guillem Esteva, fill de Bernat, qm. Afronten: Predit celler de Berenguer de Castelló, qm = Tinença de Pere Cerdanyola = Cases d'Arnau Negre = Dues parts amb vies públiques. Per un olivar de Guillem Serra, en el lloc de Moncada. Afronta: Torrent = Tinença de Berenguer Jordà = Honor de Ponç Carles = Honor de Pere de Marçans i honor de Pere Peretó. Per tres feixes de terra de Ponç Carles, una de les quals és plantada de vinya. Afronta: Tinença de Guillem Serra = Tinença de Pere Mestre = Via pública = Tinença de Berenguer Jordà. Altra peça és d'olivar i vinya i afronta: Tinença de Jaume d'Esparraguera = Dues parts amb tinença de Joan Balma = Tinença de dit Joan Balma i tinença de Pere Artal i amb tinença de Guillem Pasqual. L'altra peça és de vinya i olivar. Afronta: Dues parts amb tinença d'Arnau Esteva = Tinença de Francesc Frontera i tinença de Guillem Frontera = Tinença dels hereus d'En Sord i tinença de Pere Eimeric i predita tinença de Joan Balma. Per tres feixes de terra d'Arnau Esteva que estan en dit terme. Una d'elles afronta: Tinença de Guillem Sora = Tinença de Ponç Carles = Tinença de Pere Peretó = Via pública. L'altra afronta: Dues parts amb tinença de Ponç Carles = Tinença de Berenguer Garcia i tinença de Joan Balma i tinença de Francesc Frontera. L'altra afronta: Tinença de Ponç Carles = Tinença dels hereus de Guillem de Sord i tinença de Romeu Ros = Tinença de Jaume Boxeda = Tinença de Guillem Frontera. Per una vinya de Romeu Ros. Afronta: Tinença d'Arnau Esteva i tinença dels hereus d'En Sord = Tinença de Berenguer Jordà i tinença de Bernat Martí i tinença de Berenguer Mercader = Tinença dels hereus de Berenguer Corró = Tinença de Jaume Boxeda. Per una peça de terra de Pere Cogolles, part de la qual és garriga. Afronta: Tinença dels hereus de Berenguer Corró = Honor de Ramon Miró = Muntanya nostra = Tinença de Pere Safont i tinença de Bernat Talern i de Na Cervera. Finalment, entre els drets i censos que Nos hem comprat i dels quals se reben les 40 lliures censals hi ha 28 sous que són tinguts per Francesc Robert a cens de 16 sous, que vós pagareu i, per tant, queden reduïts a 12 sous censals, o sigui: Per tres feixes de terra d'Abril Duran, una de les quals afronta: Tinença

de Guillem Masnou = *In camino de Castilione* = Honor de Berenguer des Graner i tinença de Pere Just = Torrent. L'altra afronta: Tinença de Guillem Frontera i tinença de Berenguer de Lemena = Via pública = Tinença de Guillem de Torrent i tinença de Pere Camós = Muntanya nostra. L'altra afronta: Tinença de Pere Just = Via pública = *In termino de Beniforani* = Muntanya nostra. Per tres feixes de terra de Pere Just, una de les quals afronta: Tinença d'Abril Duran = Camí públic = Tinença de Pere Camós = Torrent. L'altra afronta: Via pública = Honor d'Abril Duran = Muntanya nostra = Tinença de Pere Camós. L'altra afronta: Camí públic = Tinença d'Abril Duran = Muntanya nostra = Tinença de Pere Camós. Per tres feixes de terra de Pere Camós, una de les quals afronta: Torrent = Camí públic = Dues parts amb tinença de Pere Just. L'altra afronta: Tinença d'Abril Duran = Via pública = Tinença de Pere Just = Tinença nostra. L'altra afronta: Torrent = Tinença de Pere Jaume, tinguda per Abril Duran = Tinença de Berenguer de Lemena, tinguda per Pere Just = Muntanya nostra. I els predits honors els té Francesc Robert per Nos a cens. I com que els censos enumerats excedeixen en 8 lliures 11 sous les 40 lliures que vos donam en feu, però són annexos i difícils de dividir, vos venem la quantitat en excés per 140 lliures que reconeixem haveu pagat a Pere Figuera i Miquel Rotlan, procuradors nostres. Tots els censos es fan sobre immobles situats a la vila i terme de Sóller, en porció que fou de Gastó de Bearn, que ara és nostra. Per tant, manem als posseïdors presents i futurs dels predis esmentats que vos paguin els censos tal com fins ara ens els pagaven a Nos, per compra que fèrem a Pere de Clarà i Berenguer Sunyer, CM's, marmessors testamentaris de Berenguer de Castelló, qm. *Et incontinenti constituimus nos omnes dictos censos et jus exigitendi et percipiendi eos vestro nomine possidere donech inde acceperitis plena et corporalem possessionem vel quasi quam possitis accipere vestra propria auctoritate quecumque vobis placuerit et penes vos retinere ad omnes vestrarum voluntates omni tempore faciendas, salvo nobis et nostris dictis 77 solidis censualibus quolibet anno qui nobis et nostris debent fieri et prestari predictis 31 libris, et in directo dominio et laudimio earum in omnibus aliis et per omnia, et salvis heredibus Thome de Quintanis dictis suis 8 llibris et 16 solidis censualibus, et salvis Francisco Roberti dictis suis 16 solidis censualibus et eorumdem juribus universis, et salvo similiter nobis censu, jure, dominio et fatica in predictis possessionibus quam per heredes Thome de Quintanis et per dictum Franciscum Roberti tenentur sub jurediccione nostra ut est dictum. Preterea ex causa dicte vendicionis qua vobis facimus de predictis 8 libris et 11 solidis censualibus habeatis vos et vestri in omnibus predictis possessionibus que per dictum Berengarium de Castilione tenebantur partem nobis contingentem de*

*laudimio nobis debito quod per procuratores meos decetere percipietur de emphiteotis predictis sicut dicti heredes Berengarius de Castilione et dicti heredes dicti Thome de Quintanis et Franciscus Roberti et alii emphiteote post ipsos consueverunt habere et percipere a procuratoribus nostris, prout in franquesia Maioricarum per dictum regem Maioricarum, patrem nostrum bone memorie concessum civilis et populatoribus Maioricarum continetur.* I jo, Berenguer des Bac, promet que per les 40 lliures que em donau i les 8 lliures 11 sous que ens veneu seré fidel vassall vostre. I per feu vos faig homenatge de boca i mans. I que per dites 40 lliures tindré sempre un cavall armat a tuïció i defensa del regne de Mallorca i illes adjacents. Data en el palau reial de la ciutat de Mallorca, 15 calandes octubre 1314. Testimonis Pere de Fonollet, vescomte d'Illa, Pere de Bellcastell, cavaller, majordom, Berenguer de Sant Joan, cavaller, lloctinent reial, Arnau de Codalet, tresorer, Arnau Traver, jutge, i Llorenç Plasència, escrivent del rei. Clos per dit Llorenç Plasència (ARM. AH-4387, f.1 (148 a l'original)).

## AH-6608

*7 setembre 1352.- Septima die septembris anno a nativitate Domini millessimo CCC<sup>o</sup> quinquagesimo secundo. Constitutus in presentis Curie in judicio Jacobus Durandi, civis Maiorice, promisit gratis et ex certa sciencia facere et tenere quemdam equum armatum bonum et sufficientem propter equi armati domini nostri Regis in Maiorice, sunt et illi qui ad ipsos armatos equos facere tenetur faciunt et facere sunt assueti quem equum tenebit promptum et paratum ad continuum domini regis servicium propter pro consimiles equos armatos seu feudatarios qui ipsos faciunt melius est usitatum; quo servicium facere promisit et complere hinc ad unum annum proxime venturum et continuum pro domina Saurimunda, uxor Francischi Bocar q<sup>o</sup>, qui unum equum factura est pro cavallaria de Castellet quam habet in regno Maiorice, et pro premissis ut promittitur complendis et attendendis obligavit in posse huius curie omnia bona sua ubique habita et habenda. Ita tamen quod predicta domina Saurimunda teneatur sibi donare et refundere pro pensione et salario dicte servitutis viginti quinque libras re. Ma. mi., de quibus concessit dictus Jacobus habuisse a dicta domina decem libras tantummodo, et ideo renunciavit exceptione predictarum X librarum a dicta domina non habitarum et receptarum predicta ratione et doli. Residuum vero dictarum XXV librarum promisit satisfacere dicto Jacobo pro dicta domina Berengarius de*

*Galiana, eiusdem domine procurator, et inde obligavit omnia bona dicte domine, ubique habita et habenda, renuncians quo ad hec omnibus juribus obviantibus (ARM. AH-6608, f. 31r).*

16 abril 1253.- *Sextadecima die aprilis anno a nativitate Domini millessimo CCCº Lº tercio, constitui personaliter ante presenciam venerabilis domini locumtenenti Maiorice Francischus Arnaldus de Insula et Petrus de Labiano, domicellus, de voluntate et expresso concensu dicti honorabilis locumtenenti, idem Petrus de Libiano promisit facere pro unum annum venturum nomine et pro dicto Francischo ac tenere ornatum et condirectum unum equum ad servicium domini Rege, que facere tenetur domino nostro Regi idem Francischus Arnaldi de Insula pro cavallaria quam habet in parrochia Sancte Margarite de Muro, scilicet tamen pacto et condicione quod jamdictus Francischus Arnaldi de Insula teneatur dare dicto Petro Labiano pro servicio ipsius equi pro dicto equo XXV libras, de quibus promisit sibi soluere medietatem pro totum mensem presentem et residuam medietatem pro totum mensem novembrem (ARM. AH-6608, f. 35r).*

21 agost 1353.- *XXIª die augusti. Cum Periconus de Malbosch, filius et heres Bernardi de Malbosch, teneatur et obligatus existat facere domino nostro Regi unum equum armatum pro cavallaria vulgariter appellata Gotnes, et dictus heres sit constitutus ita in etate ternera quod dictum servicium non potest aliqualiter ministrare, idcirco constitutus in presentis curie judicio Nicholaus Ramis, civis Maiorice, promisit et convenit bona fide facere servicium dicti equi ad quem dictus heres tenetur et tenere pro eidem unum equum armatum bonum et sufficientem ad noticiam honorabilis domini locumtenenti, hinc ad unum annum proximum et continuum. Et conversus domina Bevenguta, ava dicti heredis ac ipsius honorum suorum curatrix, promisit dicto Nicholao dare et soluere pro pensione dicti equi scilicet pro dictum unum annum viginti duas libras re. Ma. mi. et inde obligat omnia bona dicti heredis habita et habenda, renuncians quo ad hec omnibus juribus obvientibus. Preterea promisit dictus Nicholaus Ramis tornare dictae domine omnia arnesia et singula que dicta domina accomodat et accommodavit eidem, que arnesia eidem domine tornare promisit et restituere in fine temporis antedicti, propter in quodam albarano per manu dicti Nicholai eidem domine faciendo erit scriptum clariter et insertum. Fide pro ipso Jacobus Manera, civis Maiorice, pro ipso, qui cum ipso Nicholao et sine ipso de predictis firmiter teneri promisit, renuncians beneficio*

*dividende accionis et nove constitucionis franchisesie Maiorice de principali primo conveniendo* (ARM. AH-6608, f. 36v).

25 juny 1354.- *Constitutus in judicio presentis curie Dalmacius de Sancta Cilia, domicellus Maiorice, promisit facere et tenere condirectum quedam equm armatum pro domina Raymunda, uxor Raymundi Saverdera qº, quem equm dicta domina tenetur facere episcopo Gerundense et venerabili capitulo sedis eiusdem pro cavallaria quam predicto episcopo tenet. Equm vero predictum promisit facere et tenere condirectum ad ultima die augusti proxime venientis ad unum annum proximum, Et pro inde obligavit omnia bona sua ubique habita et habenda. Pro servicio vero equi predicti promisit dicta domina soluere et deliberare eidem Dalmacio viginti quinque libras in ultima die mensis augusti tunc venientis, sub pena omnium missionum sub omnia bona sua ubique habita et habenda. Post hec XVª die septembbris comparuerunt dictus Dalmacius ex una parte et Guillelmus Hominis Dei et quare fuit dicto Dalmacio satisfactum de premissis, dicta obligacio fuit absoluta et cancellata ab inde, cum promisit dictus Dalmacius jamdictum equm tenere propter superius promisit licet eidem integriter fuerat satisfactum de mercede* (ARM. AH-6608, f. 42r).

Dimarts, 06 setembre 1356.- Constituït en judici a la present càuria el venerable Dalmau de Santacília, donzell, prometé tenir condret del proper 31/08 a un any aquell cavall armat que dona Ramona, vídua de Guillem sa Verdera, qm, ha de fer per la cavalleria que té pel bisbe i capítol de Girona. Per 25 lliures anuals de salari, tal les ha cobrat el darrer any. Pagarà la quantitat Guillem Homdedeu, germà de la dita Ramona, a voluntat del dit Dalmau. El divendres, 16/09, Guillem Homdedeu pagà a Francesc Salom d'Inca les dites 25 lliures, en presència de Pere Mulet, notari de la càuria, en virtut d'una carta d'Antoni Vaquerisses, batle reial d'Alcúdia, del 14/09, en la que certifica que el dit Francesc Salom ha estat nomenat procurador general per Dalmau de Santacília, als efectes de cobrar aqueixa quantitat (ARM. AH-6608, f. 48r).

Dijous, 15 setembre 1356.- *Die jovis XVª mensis septembbris anno a nativitate Domini Mº CCCº LVIº, ante hora cimbali indulgence diey predicti, comparuit coram nobili domino Artaldo de Fossibus, Gubernatore generali Regni Maiorice, Guillelmus de Mirallis, civis Maiorice et procurator venerabilis prepositi Terrachone, et nomine procuratorio predicto presentavit eidem nobili Gubernatori que secuntur:*

*Ex parte vestri, nobilis domini Artaldi de Fossibus, Gubernatoris Regni Maiorice, fuit externa die bis diversis horis factum mandatum michi, Guillemo de Mirallis, civi Maiorice, procuratori et tanquam procuratori venerabilis preponiti Terrachone, quatenus tunc de presenti deberem ire cum tribus equis armatis ad Portum Pini pro defendendo dictum portum a quibusdam galeis armatis seu gentibus earum que dictum portum offendere volebant seu conabantur; quos tres equos armatos credebatis, ut credo, seu eorum servicium, dictum prepositum teneri facere domino nostro Regi in defensione Regni Maiorice pro locis, possessionibus et juribus quos dictus prepositus in Regno Maiorice habet et possidet et habere debet in eternum, tam ipse quam eius successores in dicta prepositura. Et tam ipse quam propter sui predecessores in eadem prepositura usque nunc habuerunt postquam dictum Regnum ereptum fuit de manibus paganorum per dominum Jacobum, sancte memorie Aragonum Regem, sed, cum vestra reverencia semper salva, dicta mandata fuerint nulla et de facto (una paraula) processerunt, ideo ego dictus Guillemus de Mirallis, dicto procuratorio nomine, justicie vestri dicti nobilis domini Gubernatoris in istis scriptis reverenter et ad cautelam supplico quatenus dicta mandata de facto et cum effecto revocare, cassare et irritare velitis, quemadmodum de facto processerunt et sunt et fuerunt nulla dita mandata, eo quare processerunt et facta fuerunt me non citato et non audito et juribus meis et dicti venerabilis prepositi et sua prepositure nullatenus allegatus vel etiam alias vobis notis ut presumo et vera similiter credo et in summa nullus judicarius ordo etiam sustancialis in dictis mandatis vel pro eis faciendis fuit observatus. Et in casu quo dicta mandata omnino aliqua fuisse vel esse appereant, quod non credo, ab ipsis et a vobis in istis scriptis salvo omni jure meo et dicti prepositi et sue prepositure, appello ad illustrissimum dominum Regem Aragonum vel ad quem alium facilius possim petens appetiones sepe sepius sepissime et instanter. Cause autem huius mee appellationis et gravaminum injuste michi illatorum per dicta mandata sunt que secuntur: Quia dictus dominus Rex Jacobus, sancte memorie, dedit omnia que dictus prepositus habet in Regno Maiorice venerabili Ferrario, tunc preponito Terrachone, pro se et sua prepositura antedicta et omnibus eius in eadem successoribus in eternum, franca et libera et in franco et libero alodo, sine ulla retencione. Excepto dumtaxat quod cum predicta vel aliquid de predictis alienari contingere in aliquem militem sive milites, quod illi tales milites predicta tenerent in feudum pro dicto domino Rege et suis successoribus quibuscumque. Alia ratio est seu causa quare idem dominus Rex, memorie mirabilis, post predicta, cum diversis aliis instrumentis successive per diversa instrumenta per eum firmavit, laudavit et confirmavit omnia predicta predicto*

*venerabili preponito tamquam franca et libera, et propterea sibi donaverit sine aliquo retentu ut prefertur. Alia ratio sive causa est quare idem dominus Rex, in omnibus aliis donacionibus vel consignacionibus quas fecit aliis prelatis, nobilibus vel aliis quibuscumque de locis et possessionibus Regni Maiorice pro quibus sibi et suis voluit retinere aliquo servicium sive jus, illud servicium sive jus in ipsis donacionibus et assignacionibus specialiter retinuit, de ipsis speciale et expressam mencionem faciendo in instrumentis dictarum donacionum et assignacionum, quod ita bene fecisset et facere de facili potuisset in instrumentis predictorum que dicto preposito dedit seu donavit si dictum servicium dictorum trium equorum retinere voluisse vel intendisse. Quare idem dominus Rex ita bene fecisset et facere de facili potuisset mencionem expressam in instrumentis sive instrumento dictarum donacionum quas dicto preponito fecit de dicto servicio dictorum trium equorum si id habere et retinere voluisse, quemadmodum fecit de retencione supradicta, videlicet quod si aliqua ex predictis donatis alienarentur quod milites in quos transferrerent tenerent ea in feudum pro domino Rege. Alia ratio est quare dictus preponitus vel aliquis alius suis predecessor usque nunc, dictum servicium dictorum trium equorum vel aliquis alicuius eorum nunquam fecit pro quibuscumque causa vel necessitate. Alia ratio est quare quidam Gubernator seu locumtenens illustris tunc Regis Maiorice aliqualiter verbo molestavit procuratorem tunc preponiti Terrachone qui tunc erat super dicto servicio; et tandem, cognita veritate, liberavit dictum procuratorem de facto et cum effecti a dicta molestacione quam de facto fecerat, et ipsum procuratorem pro liberato habuit et reputavit. Et alie multe cause sunt, quas hic et pro nunc brevitate causa obmitto, propterea quas et quarum qualibet dicta mandata sunt et fuerunt injusta et iniqua, dicta reverencia semper reperta, quas michi exprimere et uti servo suis loco et tempore opportunis, protestans quod dicta appellacione pendente super predictis contra me vel partem meam nichil per vestram nobilitatem innovetur vel innovare mandetur vel permitatur. Protestans insuper et offerens me promptum et paratum super predictis de benivalencia et pro maiori expedicione et ne videar cavillare vel defugere procedere ista vice verbo summarie et simpliciter et de plano, sola facti veritate attenta, et quam citius sane fieri possit ac etiam in quacumque die feriata vel festiva et facere et prestare quocumque servicium dictus prepositus et prepositura pro predictis facere teneatur stanti tamen quod istum legitimo appereat et cognoscatur, quod tamen propterea predicta non credit. Et de predictis omnibus peto michi fieri unum vel plura publica instrumenta ad eternam memoriam rey geste per infrascriptum notarium quociens fuerit requisitus.*

*Et ibidem exhibuit quoddam authenticum exemplum, cuius tenor talis est: Hoc est translatum bene et fideliter translatatum VI<sup>a</sup> kalendas decembbris anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> tricesimo octavo sumptum cum auctoritate et decreto venerabilis viri Nicholai de Currallo, rectori ecclesie Sancte Marie de Plano diocesis Terrachone gerentisvices reverendissimi in Christo patris et domini Arnaldi divina providencia Archiepiscopi Terrachona et officialatu eiusdem a quodam publico instrumento originali in pendentii sigillato sigillo illustrissimi domini Jacobi recolende memorie Regis Aragonum ut prima facie videbatur cuius tenor sequitur in hiis verbis: Nos, Nicholaus de Currallo, rector ecclesie de Plano et geresvices predictus huic transsumpto de sui originali sumpto et cum eodem fideliter (.) et decretum impendimus et manu propria subcripsimus. Signum Arnaldi de Martorello, publici notarii Terrachona, qui hec scripsi mandato venerabilis Arnaldi de Martorello, publici Terrachone notarii, die et anno prefixis.*

*Post hec, die lune, III<sup>a</sup> mensis septembbris, comparuit predictus Guillemus de Mirallis et presentavit literam infrascriptam, clausam in dorso et sigillatam, cuius tenor sequitur in hunc modum: Lo Governador de Mallorca. Al amat en Guillem de Miralles, procurador del peborde de Terragona, saluts. Manam vos per carta que dimarts ques comptara a XI del mes present siats e compereguats denant nos ab tres cavalls armat los quals sots tengut fer al senyor Rey per fer mostra daquells, sots pena de perdre lo feu sens tota merce. Data Maiorice die prima octobris anno a nativitate Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> sexto. Raymundi vidit.*

*Quaquidem litera prefato nobili Gubernatori per dictum Guillemum presentata, incontinenti idem Guillemus supplicavit humiliter predicto nobili Gubernatori quoniam in consistorio sue Curie de premissis pendeat quorsus nondum finita quatenus supercederet in dicto mandato ipsum propterea de facto factum extitit revocando.*

*Et ibidem dictus nobilis, attento quod supplicata per dictum Guillemum consonant racioni, jussit dictum mandatum cancellari et pro cancellato haberi totaliter et annullato, subiungens tamen quod procedatur ad ulteriora judicii in dicta Curia prout fuerit racionis.*

*Post hec, die sabbati, XXII<sup>a</sup> mensis octobris, retulit Martinus de Burnau, nuncius huius Curie, de mandato nobilis domini Gubernatoris, instante Nicholao de Casis, notario, procuratore predicti Guillemi de Mirallis, assignavit Berengario de Villari, fischi procuratori, ad ponendum, allegandum et dicendum quicquid dicere, proponere aut allegare super predictis voluerat hinc ad diem lune proximum, alias quod dictus dominus Gubernator procedet super premissis propterea fuerit de justicie et racione.*

*Subsequenter, die jovis, XXVII<sup>a</sup> mensis predicti, instante predicto Nicholao de Casis, nomine quo supra, retulit Arnaldus de Calderiis, nuncius Curie, de mandato prefati nobilis Gubernatoris, assignasse predicto Berengario de Villari ad id quod supra, videlicet hinc ad tres dies proximos, cum cominacione ut supra.*

*Preterea die jovis, tercia mensis novembris, fuit oretenus assignatum per venerabilem dominum Raymundum de Captirio, utriusque jureperitum assessorem predicti nobilis Gubernatoris, ex parte eiusdem, nobilis Berengario de Villari, fischi procuratori, ad faciendum ut supra, infra tres dies proximos venientes, et hoc precise et peremptorie et pro omnibus edictis, alias quod prefatus dominus Gubernator providebit super inde propterea fecerit rationis.*

*Insuper die martis, VIII<sup>a</sup> mensis predicti, fuit assignatum oretenus per dictum nobilem Gubernatorem, instante predicto Nicholao de Casis, Berengario de Villari, fischi procuratori, ad faciendum id quod supra, infra tres dies proximos, sub cominacione quod alias providebatur super inde propterea jus et justicia sua debunt.*

*Presertim die mercurii, VII<sup>a</sup> mensis decembris anno predicto, retulit Arnaldus de Calderiis, nuncius huius Curie, de mandato nobilis domini Gubernatoris, instante predicto Nicholao de Casis, assignasse venerabili Bartholomeo Martini, fischi regii advocate, et etiam discreto Berengario de Villari, fischi procuratori, quatenus per totam presentem septimanam dixerit, proposuerit et allegaverit quicquid dicere, proponere et allegare voluerit super predictis, et hoc peremptorie et precise et pro omnibus edictis ulterius minime audieri, et sub cominacione etiam quod prefatus nobilis Gubernator procedet ad suam declaracionem ferendam super inde propterea sibi videbitur expedire.*

*Post hec die lune, duodecima mensis decembris, comparuit predictus Guillemus de Mirallis seu Nicholaus de Casis, notarius, eius procurator, et presentavit tria exempla manu notarii publici in pergameneo copiata, quorum exemplorum tenores inferius continetur.*

*Die lune, XII<sup>a</sup> die decembris anno a nativitate Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>, instante Guillermo de Mirallis, fuit assignatum Berengario de Villari, fischi procuratori, ad obiciendum circa predicta ad diem mercurii proximum.*

*Die veneris, XVII<sup>a</sup> decembris anni predicti, comparuit Berengarius de Villari, fischi procurator, et obtulit quod sequitur: Dicit Berengarius de Villari, procurator fischi, quod dicta instrumenta ex adverso producta in nichile adjuvant partis dicti domini preponiti Terrachone intencionem, cum in illis non fiat mencio quod dictus dominus preponitus sit exemptus seu liber, quod per deffencione insule seu Regni Maiorice pro*

*sua porcione non teneatur tenere tres equos armatos sicut in registris antiquis Curie Gubernationis Maiorice continetur, ubi etiam sunt scripti teneri qui pro dicta deffencione faciunt et tenentur facere certum numerum equitum armatorum pro porcionibus suis. Nec obstat quod dicitur dictum dominum preponitum habere suam porcionem per franchum et liberum alodium quare pary modo dominus Rex habuit porcionem suam in franco et libero alodio, et illam habet et possidet per liberum et franchum alodium, et propterea hoc non excusat quin teneant certum numerum equitum pro defencione dicti Regni tenent et faciunt certos equites pro porcionibus ipsorum ad deffencionem dicti Regni, nam propterea dictam deffencionem non dicuntur minus libere porciones ipsorum, quare dicti equites tenentur pro tuicione et deffencione dicti Regni, ex convencione inhita et facta inter dictum dominum nostrum Regem et prelatos ac barones et milites qui in captione dicti Regni interfuerunt, ut patet per instrumentum publicum cuius tenor talis est: (Reproduceix el document signat entre el rei i els magnats a Tarragona, el 28/08/1229, FRB, I, nº 9).*

*Die lune, XVIII<sup>a</sup> dicti mensis decembris anni predicti, comparuit Nicholaus de Casis, procurator predictus, et obtulit quod sequitur: Dicit Nicholaus de Casis, dicto nomine, quod suprascripta ex adverso producta novissime intencionem suam non ledunt, prout ex tenore ipsarum et aliarum scripturarum supra productarum per ipsum Nicholaum liquidum est videre, quod sibi et suo advocate spacificare et allegare reservat tempore disputacionis. Et nihilominus allegat per se et sua parte omnia contenta in registro et libris Curie domini Gubernatoris super et de materia predictorum in quarum per se et sua parte faciat, protestans quod videantur et de eis debita ratio habeatur. Et si opus erit per dictum dominum Gubernatorem cum decebit anteque eius sentencia super predictis preferat ac etiam dicens et protestans quod in dictis scripturis apparet qui sunt illi qui in insula Maiorice facerunt et facere teneatur domino nostro Regi servicium equi vel equorum armatorum quot qualiter et in quibus rationibus non tamen in eis appareat quod dictus venerabilis preponitus vel eius predecessores unquam ficerunt vel facere cum effectu compulsi fuerint dicto domino Regi aliquod servicium alicuius equi armati. Est etiam scriptum in predictis quod venerabilis Omerto de Turrillis tenere facere servicium unius equi armati dicto domino Regi pro sua cavallaria sive baronia quam habet in insula Maiorice et tamen notorium est, absque aliquo dubio, quod dictus venerabilis Omertus de Turrillis ad dictum servicium non tenetur. Et nihilominus ultra predicta producit literam Regiam infrascriptam in quantum per se et sua parte faciat, et de hiis pro nunc sit contentus et enunciat et concludit in causa presenti, petens*

*diffinitivam sentenciam in ea fieri per dictum nobilem Gubernatorem; cuius siquidem  
litere tenor talis est: Jacobus, Dei gracia Rex Aragonum, Maioricarum et Valencie,  
comes Barchinone et Urgelli et dominus Montepesulani, dilecto suo Berengario de  
Tornamira, tenenti locum nostrum in civitate et insula Maiorice, salutem et dilectionem.  
Mandamus vobis firmiter quatenus non faciatis nec ab aliquibus fieri permitatis  
venerabili et dilecto nostro preponito Terrachone vel baiulis sive hominibus suis aliquod  
impedimentum vel contrarium contra justiam pocessionibus suis quas habet in Regno  
Maiorice, sed permitatis et faciatis per dictum preponitum et baiulos ac homines suos  
predictas pocessiones tenere, habere et pacifice possidere, prout in instrumentis que inde  
a vobis habet predictus preponitus plenius et melius continetur. Et hoc non mutetis aliqua  
racione. Data Terrachone, sexta idus aprilis anno Domini M° CCC° L° tercio (hauria de  
ser 1253).*

*Die lune, XVI<sup>a</sup> die mensis ianuarii anno a nativitate Domini M° CCC° L° VII<sup>o</sup>  
comparuit Berengarius de Villari, fischi procurator, et obtulit que sequitur.*

*vocatam Teyx situada en el terme de la parròquia de Bunyola in locho vocato Podius Regis et in locho vocato La Trescha in porcione videlicet que fuit nobilis Nunionis Sancii quondam et nunc est domini Regis, tinguda pel rei ad decimam et tascham de omnibus fructibus et expletis inde pervenientibus et exeuntibus et etiam de precio pasturarum si ipsas contigeret conduci vendi aut impignorari ad tempus in tot vel in parte et ad sextum de laudimio; els quals delme i tasca tu pagaràs. Et afrontat totam dictam alqueriam ex una parte in honore Michaelis Rotlandi et in honore heredum Guillemi de Monte Acuto et Guillemi Moragues et Bernardi Ademari, et ex alia in Colle de Soler, et ex alia parte in termino de Soler, et ex alia parte cum termino alquerie de Pastorig et cum terminis alquerie Simonis Rubey. Predictam alqueriam cum omnibus integratibus et cum terminis et cum casis scilicet casalibus, ortis, ortalibus, pratis, paschuis, pasturis, erbis, aquis, lignis, silvis, garris, nemoribus, terris cultis et incultis, heremis et condirectis ac laboratis, vineis, venacionibus, montibus et planis, arboribus et cum introitibus et exitibus et cum aliis etc. te venc per 900 lliures RM. Firma Miquel Rotlan, Procurador reial. Testimonis Pere de Faro, Galzeran de Mata, Arnau Gentileti, Bertran Dalbero i Joan Juliani (ARM. ECR-420, f. 149v).*

## ECR-442

6 idus febrer 1301 (08/02/1302).- Jaume de Albareda, de 16 anys, fill i hereu d'Alexandre, qm, habitant a la vila de Sóller, de voluntat de Jaume Domenech, curador meu, per necessitat de pagar a Galiana, mare meva, 110 lliures RM que té sobre els béns de mon pare, venc a Pere Peretoni, habitant en el lloc de Sóller, la quarta part d'un hospici i la quarta part d'un tros d'hort proindivís que mon pare tenia a la vila i vall de Sóller, en porció de l'inclita dona Guillema de Montecatheno; els quals hospici i hort íntegres, dels quals tu ja en tens les altres tres parts, són tinguts per dita Moncada a cens de dos morabatins i una masmudina per Tots Sants que tu pagaràs. Afronta tot l'hospici: Dues parts amb vies públiques = Hospici d'Arnau Cristiani = Hospici d'Arnau de Fonte. (ARM. ECR-442, f.108).

16 calendes maig 1304 (16/04/1304).- Berenguer Sunyerii i Pere de Clarano, CM, marmessors testamentaris de Berenguer de Castilione, jurisperit, qm, que instituí hereus els pobres de Crist, venem a Ponç Carles, habitant a la vall de Sóller, aquells 23 sous

censals que dit Castelló rebia per llegat a ell fet per Bernat de Scala, qm, a la vall i vila de Sóller, en el carrer Malcuynat, en porció i jurisdicció dels hereus de Gastó de Bearn, qm, i que li feien per Tots Sants les persones següents: - Els hereus d'Arnau de Mansonovo, un morabatí. - Jaume Cili, una masmudina. - Guillem de Costa i son fill, una masmudina. - Saurina, vídua de Pere Saurini, qm, i filla Saura, una masmudina (ARM. ECR-442, f.179).

14 calendes octubre 1301 (18/09/1301).- *Cum denunciatum esset G. de Podio orfila de Cauquolibero, domino alqueriarum de Banyols et de Beniauir, quod Bn. F. de Bagneriis et G. Gaita filius G. Gaita eiusdem loci habuerunt inter se rixam ratione boum quos dictus Bn. F. incorralavit per talam quam dicebat sibi esse factam per dictos boves in vinea et ferreginai suo, in qua rixa ut denunciatum fuit uterque contra alium gladios abstraxerunt et eciam quod dictus Gº Gaita dictum Bn. F. percussit primo cum manu duabus (...) in facie et dictus Bn. F. cum fuste seu gladio dictum G. percussit in capite ita quod sanguis emanavit, et illustris dominus rex Maioricarum concederit eidem G. de Podiorfila justicias civiles et criminales super abstractionem gladii non deliberata mente abstracti et suorum domesticorum et aliorum prout in privilegio inde confacto cuius tenor inferius est insertur continetur: Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gracia rex Maioricarum, comes Rossilione et Ceritanie et dominus Montispesulani, volentes militibus in regno Maioricarum habitantibus et alqueriis qui servicia equorum armatorum per defensione dicti regni tenentur facere et habere per possessionibus et honoribus quos habent in dicto regno graciam facere specialem, idcirco per nos et nostros damus et concedimus vobis dilecto et fideli nostro G. de Podiodorfila de Cauquolibero et vestris successoribus in eternum omnes justicias civiles tamen in tribus alcheriis que sunt in termino de Canarossa in parrochia de Alarono quarum scilicet una vocatur alcheria de Banyols et altera nuncupatur alcheria de Beniauir et alia nunc nominatur Mansus novus que vocabatur tempore sarracenorum Yarfa et in omnibus rafallis eisdem alcheriis subiectis et in omnibus terminis et pertinenciis dictis alcheriis et rafallis pertinentibus et pertinere debentibus et in hominibus et feminis in dictis alcheriis et rafallis et terminis eorumdem habitantibus et habitaturis presentibus et futuris et etiam justicias criminales scilicet cognitionem et punicionem bannorum gladii abstracti vel abstrahendi sine deliberatione et non deliberata mente et furorum domesticorum comissos et comitendorum in dictis locis prout vobis sive dicta loca comissa et vestro et etiam banni imponiti vel imponendi in vineis ortis et campis ratione fructuum et quod*

*possitis capere predictos malefactores, delinquentes... (no segueix, ni porta la data). Ideoque dictus dominus G. de Podio orfila super predictis denunciatis sibi quatenus ad eum pertineat cogniri et pertinere potest occasione predicti privilegii per dominum regem sibi concesse constituït in judicem suum Jacobum Catelli, jureperitum, petens per eum fieri inquisicionem ut veritate reperta qui culpabilis reperiet penam debitam puniatur super hiis videlicet super quibus cognitio et punicio de predictis ad dictum G. de Podio orfila spectat et spectare potest occasione dicti privilegii, qui Jacobi Catelli processit ad inquirendum super predictis juxta formam dicti privilegii ut sequitur XIII<sup>a</sup> kalendas octobris anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> primo.*

Continuen les declaracions dels implicats: Guillem Guaita i Bernat Ferrer.

Jaume Cadell, jurispert, jutge constituït per Guillem de Puigdorfila en dita inquisició, considerant que la brega fou iniciada per Guillem Guaita *et quod ivit ad currale dicti Bernardi Ferrer volendo eicere dictum bovem de dicto currallo in vico dicto Bernardo et fecit tantum quod dictus bos exiit de dicto currallo*, condemna dit Guillem en pagar 20 sous a Guillem de Puigdorfila, i exculpa Bernat Ferrer. La sentència fou llegida el dia anteriorment esmentat (ARM. ECR-442, f. 361).

## ECR-443

Pridie calendes maig 1311 (30/04/1311).- Arnau Nigri i muller Tolrana, habitants a la vall de Sóller, venem perpètuament a Bernat Talern una casa amb pati contigu que tenim dins la vila de Sóller, en porció que fou de Gastó de Bearn, qm, ara del Rei; la qual casa la tenim pels hereus de Berenguer de Castilione, qm, juntament amb altres, a cens que nosaltres pagarem; i dits hereus la tenen pel Rei. Afronta: Cases meves restants = Celler dels hereus de dit Castilione = Dues parts amb carreres públiques. Per 105 sous RM que hem rebut comptants. Salvo cens, dret, domini i fadiga al Rei, i cens i dret als dits hereus. Firma Pere Figuera, Procurador reial (ARM. ECR-443, f.99).

17 calendes febrer 1312 (16/01/1313).- Bernat Sords i muller Llorença venem perpètuament a Ponç Carles 15 sous censals que rebem per un honor que està a l'alqueria de Casteylo, que em fan Domènec de Stada i Jaume Felicis i Pere Jacobi i Joan de Alchoverio per nadal; el qual honor nosaltres el tenim pels hereus de Berenguer de Castilione; i aquest el té pels hereus de Tomàs de Quintanis sota domini del Rei, i està en

porció que fou de Gastó de Bearn, qm. Afronta l'honor: Alqueria de Berenguer Vitalis = Alqueria de Bartomeu Pellsari i honor de na Piera = Alqueria de Ramon de Palaciolo i alqueria dels hereus de Pere de Vallibus, qm = Muntanya. Per 7 lliures RM que hem rebut comptants. Salvo dret, domini i fadiga al Rei (ARM. ECR-443, f. 134v).

3 noches desembre 1313 (03/12/1313).- Ramon Guillemi, procurador per vendre els béns de Bernat, de 21 anys, germà meu, fills de Ramon Guillemi, qm, i muller Guillema, ara curadora de dit Bernat i habitant a l'alqueria de *Fornelug*, per pagar els llegats del nostre pare i altres deutes pels quals mon germà està detingut i captiu del Rei, tenint acta de procuració feta el 7 calendes desembre 1313 (25/11/1313) en poder del notari Bartomeu Strucii per vendre tots els seus béns, venc perpètuament a Bernat Martorelli, nebot de dit Guillermi, la meitat íntegra i indivisa i tota la part i dret que Bernat Guillermi té a un tros d'olivar que està en el lloc dit *Benimoclo*, que és del terme de l'alqueria de *Fornelug*; del qual olivar tu, dit Martorell, ja en tens l'altra meitat. Està en porció que fou de Gastó de Bearn, qm, ara del Rei, i és tingut tot el tros d'olivar pel monestir de Santa Margarita a cens de 4 morabatins per Tots Sants que tu pagaràs. El qual mig olivar el té Bernat Guillermi per dret hereditari i successió de son pare. Afronta: Honor den Genesta = *In honore monasterii Santa Margarita ubi consuevit transire caminum per quod ibantur ad alqueriam de Benimoclo* = *In honore manssi del Noger* = *In quadam garrigia ibidem remanenti*. Per 60 lliures RM que he rebut comptants. Salvo dret, cens, domini i fadiga al Rei, i cens i dret a dit monestir. Blanca, sponsa de Bernat Guillemi, lloa i confirma la venda (ARM. ECR-443, f. 155).

## ECR-344

Pridie calendes febrer 1333 (31/01/1334).- Elisenda, vídua de Bernat Tria, qm, CM, filla de Pere Paschalis i muller Flor, qms, venc a Bartomeu Loret, CM, un morabatí censal que em fa per Tots Sants Pere Lufriu de Beniaraix per un tros d'olivar i vinya que té *in loco vocato vulgariter Benimoclo*, de la parròquia de Sóller, en porció que fou de Gastó de Bearn, qm, ara del Rei, que per mi té a cens; i jo el tinc per Pere de Narbona; i aquest el té, juntament amb altres, pel monestir i priora de Santa Margarita; i les monges el tenen pel Rei. Afronta: Vinya de Martí de Triyala = Alqueria i possessions de Francesc

de Fonte = Possessió de dit Pere Narbona = *Cum carraria publica quodam torrente mediante*. Per 4 lliures RM que he rebut comptants (ARM. ECR-444, f.104).

5 calendes novembre 1329 (28/10/1329).- Ponç Karles, fill de Ponç, de la vall de Sóller, en nom dels dos, estableixo en emfiteusi perpètua *ad domus operandum* a Salvador Alou de Sóller una casa que mon pare té a la vila de Sóller per compra que aquests dies ha fet a Berenguer Sunyerii, marmessor testamentari de Berenguer de Castilione, jurisperit, qm, en porció que fou de Gastó de Bearn, qm, ara del Rei, franca de cens, tinguda pel Rei a lluïsme. Afronta: Dues parts amb carreres públiques = Cases del comprador = Cases de Jaume Piscatoris. Per 3 morabatins censals per Tots Sants. Més 4 sous RM d'entrada que hem rebut comptants. Jo, dit Salvador, promet millorar i reedificar la casa, de manera que si te la torn sense haver-la millorada en 100 sous, promet donar-vos, per compensació de les millores, 200 sous (ARM. ECR-444, f.153).

Calendes març 1329 (01/03/1330).- Bernat Tria de la vila de Sóller, i muller Elisenda, filla de Pere Paschalis de Balanyà, qm, que estam agermanats, venem perpètuament a Martí Tria, germà de dit Bernat, una sort de terra amb olivar i vinya contigus, amb oneració de 3 morabatins censals que rep Guillem Narbona, successor de Guillem de Parietibus, qm, que tenim a la vall de Sóller, *in termino de Benimocлом*, en porció que fou de Gastó de Bearn, qm, ara del Rei; tinguda per dit Narbona a dits 3 morabatins censals per Tots Sants que tu pagaràs; i aquest, juntament amb altres tinences, la té per les monges de Santa Margarita sota domini del rei a lluïsme; i jo la tinc per donació del dot feta a mi per ma muller per agermanament en temps de noces; i ella la tingué per donació feta per son pare i sa mare Flora en temps de noces amb el seu primer marit; i son pare Pere Paschalis la tingué per adquisició que féu a Pere Boig, qm; i aquest la tingué, juntament amb altres, per adquisició que féu a dit Guillem Parietibus, qm, segons acta fet en poder del notari Miquel Tionis, qm, el 15 calendes abril 1280 (18/03/1281). Afronta: *In fonte que discurrat apud Benibassí* = Dues parts *in torrente* = *In parietibus de Benirossi que faciunt divisionem inter dictam sortem terre et honorem Periconi Narbona* = *In camino publico quo tenditur de Benibassi apud Benirossi*. Per 160 lliures RM que hem rebut comptants. Flor, mare d'Elisenda, lloa la venda i renuncia als seus drets (ARM. ECR-444, f. 164).

Idus març 1330 (15/03/1331).- Bernat Rotlandi i Guillem Pastoris de l'alqueria de *Fornalug* establim en emfiteusi perpètua a Bernat Masblanc de Fornalutx la part nostra i dret que tenim indivís sobre un tros de terra i garriga *sito in termino alquerie de Benimoclo*, en porció que fou de Gastó de Bearn, qm, ara del Rei; el qual tros de terra i garriga és comú i el tenim nosaltres i altres pobladors i habitants de l'alqueria de *Fornalug* comunament i proindivís sota alou del Rei. Afronta: Tinença vostra = Tinença de Pere Arbona = Tinences nostres. Per 4 sous 8 diners RM censals; és a dir, dit Pastor 3 sous 6 diners, i dit Rotlan els restants 14 diners, per Tots Sants, més 12 diners d'entrada que hem rebut comptants (ARM. ECR-444, f. 188v).

4 calendes maig 1337 (28/04/1337).- *Ego Guillermus Arnaldi de Insula domicellus civis Maioricarum ex certa sciencia per me et meos presentes et futuros vendo et titulo vendicionis cedo vobis discreto Andree de Valeriis jureperito civi Maioricarum, presente, ementi legitime et sine fraude et vestris et quibus volueritis perpetuo infrascriptas quinquaginta libras monete perpetue regalium Maioricarum minutorum rendales et censuales cum omni jure et eorum utili dominio; videlicet illas triginta quinque libras quas illustris dominus Sanctius Dei gracia rex Maioricarum memorie recolende dedit in feudum sub servicio unius equi armati per tuicione regni Maioricarum Guillermo Sacosta, domicello cavallericio domini regis Maioricarum illustris, qui ipsas mihi vendidit et quas mihi faciunt et facere tenetur et a modo vobis et vestris faciant et facere teneatur persone infrascripte videlicet Petrus Bosquer triginta libras rendales anno quolibet; item faciebat mihi et meis et a modo vobis et vestris faciat et facere teneatur Guillermus Barceloni viginti solidos anno quolibet; item faciebat mihi et meis et a modo vobis et vestris faciat anno quolibet Jacobus Alou octo solidos censuales; item faciebat mihi et meis et a modo vobis et vestris faciat et facere teneatur Guillemus Bojosa octo solidos et sex denarios censuales anno quolibet; item faciebat mihi et meis et modo vobis et vestris faciat et facere teneatur Franciscus Frontera tres libras tres solidos et sex denarios rendales anno quolibet; que peccunie quantitates superius expressate continent in universis triginta quinque libras, et recipiuntur in honore dicti domini Regis scilicet in terminis alquerie de Beniaraix vallis Sullaris in porcione que quondam fuit Nobilis Gastonis vicecomitis Bearnensis, que nunc est domini Regis Maioricarum. Item vendo vobis et vestris illas quindecim libras monete predicte, quas illustris dominus Jacobus Dei gracia Rex Maioricarum dedit et concessit et addidit feudo dicti Guillermi de Costa sub dicto servicio unus equi armati predicti et quas ipsi assignavit habendas et*

*percipiendas anno quolibet per suos regios procuratores de redditibus et per ventibus eiusdem domini Regis Civitatis et Regni Maioricarum, ipsosque redditus exitus et per ventus per eisdem quindecim libras sibi obligavit specialiter et signaliter; que quidem omnes peccunie quantitates capiunt summam in universo dictarum qui quaginta librarum rendalium, quas sub feudo et servicio predictis, cum omni jure et utili dominio eorumdem et cum omnibus juribus et accionibus mihi et meis in predictis competentibus et competere debentibus in eisdem, et in et super dictis possessionibus per quibus et ratione quarum dicte triginta quinque librarum fiunt et prestantur et adversus dictos emphiteotas et eorum quemlibet dictas possessiones possidentes et censum predictum prestantes, et in et super dictis redditibus exitibus et per ventibus regiis super quibus dicte quindecim libras diunt mihi et prestantur, et generaliter cum omnibus aliis universis et singulis ad predicta pertinentibus et pertinere debentibus aliquibus juribus sive modis vobis et vestris perpetuo vendo et titulo vendicionis cedo precio videlicet quingentiarum librarum monete perpetue regalium Maioricarum minutorum quas a vobis numerando habui et recepi. Renunciando excepcioni peccunie non numerate et non recepte et doli. Et legi que subvenit deceptis ultra dimidia justi precii. Et si plus valet hec vendicio modo vel valuerit et modo precio memorato, totum illud plus valens quicquid et quantum fuerit vobis et vestris dono et remito imperpetuum. Constituens vos vel vestri, quam liceat vobis et vestris aprehendere et adipisci vestra propria auctoritate quandocumque volueritis et adeptum penes vos et vestros licite retinere. Cedens vobis et vestris in predictis omnia mea loca, jura, voces, vices et acciones reales et personales, utiles ac persecutorias et alias quascumque mihi et meis in predictis competentes et competituras ac debentes competere quoquomodo. Mandans cum testimonio huiusmodi instrumenti vicem epelere? gerentes dictis emphiteotis quod vobis et vestris de predictis repudeant et satisfaciant quemadmodum mihi et meis facere tenebantur ante confeccionem huiusmodi instrumenti. Constituendo ibi et inde vos et vestros in predictis dominos et procuratores in rem vestram, ad agendum videlicet defendendum, dandum, vendendum, impignorandum et aliter alienandum et inde faciendum omnes vestras vestrorumque voluntates. Salvo tamen semper in predictis censu et jure, dominio, laudimio, faticca et scribania publica dicti domini Regis et suorum. Promitens et conveniens quod predicta que vobis vendo faciam vos et vestros semper facere tenere habere et in sana pace perpetuo possidere contra cunctos. Et inde vobis et vestris teneor et firmiter teneri promitto de evicione et omni dampno ac etiam interesse litis et extra. Ita videlicet quod si aliqua persona contra vos vel successores vestros in predictis que vobis vendo moverit vel fecerit questionem*

*aliquam vel demandam, ponam me vestri et vestrorum defencioni et per vobis et vestris respondebo et satisfaciam omni querelanti et agenti in judicio et extra et in me suspiciam causam seu litem et onus litigii et ipsam causam et lites ducam et defendam meis propriis suspectibus et expensis a principio usque ad finem; vel si vos aut vestri ipsam causam et lites ducere volueritis, quod sit in eleccione vestra, ego et mei servabimus vos et vestros indempnes et restituemus vobis et vestriss omni excepcione et dilacione remotis omnes expensis quas ibi feceritis vel sustinueritis ducendo vel examinando dictas litem vel causam sive obtinueritis aut etiam succumbatis, de quibus vobis credatur vestro plano et simplici verbo nullo juramento aut alio genere probacionis exactis, nec teneamini vos vel vestri mihi vel meis questionem aliquam vel demandam signam contra vos seu vestros in predictis aut occasione eorum ab aliquo moveatur, immo ipsa denunciacione facta vel non facta teneamur ego et mei vobis et vestriss de eviccione et interesse omnium predictorum. Renuncians scienter legi dicendi quod emptor debet et tenetur motam questionem denunciare et dicere venditori, et quod alii emptori venditor de eviccione rey vendite non tenetur. Et per hiis sit complendis et fermiter attendendis obligo vobis et vestriss omnia bona mea habita et habenda ubique. Actum est hoc in Civitate Maioricarum III<sup>a</sup> kalendas madii anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> septimo. Firmam Guillemi Arnaldi de Insula predicti qui hec laudo et firmo. Testes Franciscus Renovardi, Guillelmus de Termens, Arnaldus Burguesii et Romeus Manresa" (ARM. ECR-444, f. 247).*

## **ECR-644**

3 idus gener 1314 (11/01/1315).- Berenguer Sunyer i Pere de Clarà, CM, marmessors de Berenguer de Castelló qm, reconeixem a Miquel Rotlan i Pere Figuera, procuradors reials, que ens heu pagat aquelles 466 lliures 13 sous 4 diners que vos restava pagar-nos, deduït el lluïsme, d'aquelles 700 lliures per les quals venguérem al rei alguns censals del dit Berenguer difunt a la vall de Sóller (ARM. ECR-644, f. 207v).

## **ECR-645**

15 calandes juny 1317 (18/05/1317).- Miquel Rotlandi i Pere Figuerie, Procuradors Reials, aprovem i ratifiquem a Pericó Bisbal aquella venda que Bernat Jauberti feu a Arnau Bascano dels honors, vinyes, horts, olivars, garrigues i qualsevol

altres possessions cultes o incultes i les cases que dit Bernat habitava, situat tot sota jurisdicció de dona Guillema de Montecatheno, qm, ara del Rei; el qual Jauberti, juntament amb Ramon Rotlandi, Nicolau Ferrarrii, Berenguer de Podio, Bernat Genesta i Pere Rotlandi, ho rebé en emfiteusi de dona Margarita Burgeta, olim Priora del monestir de Santa Margalida de Ciutat; el quals honors que vos confirmam estan dividits en sorts i feixes de terra espargides, tal com els rebé dit Jauberti per divisió feta entre ell i els seus consocis de les propietats que reberen en emfiteusi de dita Priora, i ella ho rebé de Guillema de Montcada i ara és del rei, *et est dictus honor in parrochia Sullare in alqueriis vocatis Fornalug et Benimoclam*. Hem rebut 20 sous per aquesta ratificació (ARM. ECR-645, f.83).

9 calendes desembre 1340 (23/11/1340).- Paulí Brondo i Bernat Jane, Procuradors Reials, de manament reial venem a l'encant *alqueriam ipsius domini Regis que fuit nobilis Arnaldi de Cardiliaco francham videlicet de censu et omni agrarii et quitiam exceptatum decima ab omnibus terre meritis quibus erat astricta tempore dicti Arnaldi*. Venuda a Àries Ferrandis, com a més donant, per 2.011 lliures. Està situada a la parròquia de Bunyola, en els termes de Beniforani, en porció que fou de Nunyo Sanç ara del rei, tinguda a vintè de lluïsme. *Afrontat ex una parte cum possessione Jacobi Ivorre et cum alqueria Guillemi de Riverols, et ex alia parte cum podio Fontis et cum loco vocato lo Teix, et ex alia cum torrente qui descendit de dicto loco del Teix. Cum suis olivariis et cum terris cultis et incultis et garrigiis, montibus et planis, paschuis et venacionibus et agrestibus quibuscumque, ortis, ortalibus et cum eius terminis et tenedonibus universis et introitibus et exitibus suis, et cum edificiis domorum que sunt in dicta alqueria de abisso ad celum et cum arboribus et plantis diversorum generum que ibi sunt et de cetero fuerint*. Salvo el dret, domini directe, fadiga i escrivania pública al rei (ARM. ECR-645, f. 173v).

## ECR-1145

22 maig 1389.- Pelai Nunis, menor, fill i hereu del venerable Miquel Unis, donzell qm, confessà tenir en feu unes cases amb hort situades *intus villam Maioricarum que fuerunt de Alfaig Alfag in quibus assuevit stare Nageria*, confrontant pel sud amb la plaça que hi ha davant Santa Eulàlia i per occident *in operatoriis episcopi Gerunde vel in*

*stratam publicam que vadit inter ipsa operatoria et domos magistri Johannis, i pel cerç in decursum aque.* Foren donades per Nunyo Sanç a Pelai Nunis amb carta datada a Perpinyà el nones febrer 1231, per mà de mestre Joan, notari de Nunyo, per manament d'aquest. En total sembla que són 15 cases que es descriuen tot seguit. Confronten amb el carrer de la Sabateria, que va de la plaça de Santa Eulàlia a la carnisseria (ARM. ECR-1145, f. 9r).

Mallorca, 13 calendes juliol 1233 (19/06/1233).- Pelai Nunis, menor, fill i hereu del venerable Miquel Unis, donzell qm, confessa tenir una alqueria i 150 quarteres de blat en feu del rei a servei d'un cavall armat per concessió de Nunyo Sanç, en virtut del document següent: *Manifestum sit cunctis quod nos, Nuno Sanci, Dei gratia dominus Rossilionis, Vallespiri, Confluentis et Ceritanie, volentes et desiderantes terram nostram ynsule Maioricarum ad honorem Dei et beatissime genetricis eiusdem egregie populare et de manibus inimicorum sancte crucis ipsam cupientes defendere et viriliter custodire, ne in eadem divino cultui tradita possint barbare nasciones de cetero prevalere. Idcirco cum hac presenti carta firmiter et imperpetuum valitura consulte et ex certa sciencia per nos et per omnes successores nostros damus, concedimus, laudamus et in presenti tradimus in feudum ad bonam consuetudinem Barchinone vobis, Pelay Noniç, dilecto militi nostro et omni vestre proli et cunctis successoribus vestris in eternum quandam alqueriam quam habemus in insula Maioricarum in termino de Manacor, qui vocantur Anorade (Ancrad) et insuper damus vobis et vestris perpetuum et assignamus centum quinquaginta quarterias bladi singulis annis tempore messium habendas et recipiendas de censibus et redditibus nostris de Manacor et de Felinich scilicet centum quartarias ordei et quinquaginta quartarias frumenti, ad rectam mensuram civitatis Maioricarum annuatim ut dictum est quousquam eas vobis assignemus in aliquo alio certo loco. Quam alqueriam prenominatam damus vobis et vestris in perpetuum cum omnibus adempriviis et pertinentiis suis, longe aut prope, cum mansis, rahallis, montibus et planis, pratis, pascuis, boschis, aquis, silvis, garricis, venationibus, terminis, afrontationibus, terris, vineis heremis et condirectis, arboribus diversorum generum et cum hominibus et feminis populatis et populaturis et universis aliis adempriviis et singulis ad predictam alqueriam pertinentibus vel pertinere debentibus aliquo modo. Et prenominatas centum quinquaginta quarterias bladi annuatim habendas et recipiendas ut dictum est, ita quod de cetero vos et vestri habeatis, teneatis, possideatis et expletetis pacifice et quiete in eternum prenominatam alqueriam cum omnibus pertinentiis suis et prenominatas centum*

*quinquaginta quarterias bladi videlicet centum ordei et quinquaginta frumenti annuatim habendas et recipiendas tempore messium de redditibus nostris et exitibus de Manacor et de Felinich ut dictum est ad dandum, vendendum, impignorandum et modo quolibet alienandum ad omnes vestras vestrarumque voluntates perpetuo faciendas, exceptis clericis et ordinibus, sub tali vero condicione et pacto quod pro hac donacione vel concessione tenebitis nobis et nostris vos et vestri in eadem insula in guerra et pace continue in perpetuum unum militem vel hominem de nobili genere cum suo equo et armaturis ferreis ex toto armatos et garnimentis completis, tam militem quam equm, ad vestras proprias expensas et missiones. Qui miles vel homo de nobili genere cum suo equo et garnimentis predictis debeat nos sequi quandocumque et quotienscumque nobis necesse fuerit per totum regnum Maioricarum et per insulas que vocantur Baleares cum suis propriis expensis sicut dictum est et sine aliquo nostri vel nostrorum expensa vel missione. Quem militem vel hominem de nobile genere cum suo equo et garnimentis teneamini vos et vestri nos et nostris hostendere quamcumque et quocienscumque a nobis vel a nostris successoribus vos aut vestri fueritis requisiti. Et si in predictam alqueriam vel in aliquo loco suo aliquam feceritis fortitudinem aut munitionem vel municiones dabitis nobis et nostris potestatem irati et paccati vos et vestri quandocumque et quocienscumque a nobis vel a nostris successoribus verbo vel scripto nuncio vel nunciis fueritis requisiti ad bonam consuetudinem Barchinone. Dictam igitur donationem habeatis vos et vestri perhenniter ad nostri nostrorum fidelitatem sicut superius dictum est et ad donacionem nostram evidentius designandam retinemus nobis et nostris perpetuo scribaniam publicam sicut eam retinemus in aliis honoribus nostris. Idcirco ego, Palay Nonitz prenominatus, recipiens in feudum ad bonam consuetudinem Barchinone hanc dictam donacionem per me et per omnes meos successores a vobis domino Nunone Sancii, sub dicto modo convenio vobis et vestrī attendere et completere, omnia hec predicta et singula ut superius in hac presenti carta continentur et ut melius et firmius omnia prescripta ex parte mea et meorum attendantur et compleantur me ipsum in hominem vestrūm propriūm trado, faciendo vobis homagium ore et manibus meis propriis corporaliter. Data apud Maioricarum XIII<sup>a</sup> kalendas iulii anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> tricesimo tercio. Signum Nunone Sancii qui omnia predicta concedimus. Signum Pelay Nonitz qui hec laudo et firmo. Testes huius rei sunt Guter Dietz, Martinus Petri Desi, Petrus de Rupe, Marchesius, G. Gontzaliutz, frater Petrus de Agen, Ferrarius de Salzet, R. de Fonte. Signum Bernardi de Bono anno, publici notarii in Majoricis, qui hec scripsi*

*mandato domini Nunone Sancii et vice magistri Johannes, notarii sui, loco, die et anno prefixis* (ARM. ECR-1145, f. 9r).

Mallorca 15 calandes març 1231 (15/02/1232). Fra Pere de Agen, lloctinent de Nunyo Sanç, de consell i voluntat d'Alemayn de Sadoa/Sadava i Arnau de Gerunda/Girona, batles de Nunyo a la Ciutat, establesc a Robert de Gornal 10 jovades de terra; o sigui *in alqueria que dicitur Almoaden sex jovatas in termino que vocatur Catin, et in alqueria que vocatur Beniadars duas jovatas in termino que vocatur Bunyola, et in alqueria que dicitur Benicapuch duas jovatas in termino que vocatur de Falanig que est in termino castri de Santhueri.* A delme i primícia de blat, verema, olives i hortalissa, excepte l'hortalissa que vos retindreu pel vostre hospici. I si fareu fortificacions o municions en aquests honors, donareu potestat a Nunyo Sanç a costum de Barcelona. L'allibera de tota servitud, però l'obliga a coure pa en el forn del senyor i a fer host i cavalcada per tota l'illa i altres coses (ARM. ECR-1145, f. 20).

Mallorca, 4 idus febrer 1232 (10/02/1233).- *Venerabilis Raymundus de Sancto Martino, miles, curator testamentarius filii et heredis universalis venerabilis G. de Tuguriis ut constat per dictum testamentum confectum XXVI<sup>a</sup> die iulii anno a Nativitate Domini M° CCC° LXXX° octavo et clausum per Jacobum Durandi notarium habitatorem Inche recognovit et confessus fuit dictum pupillum habere et tenere duas cavallarias infrascriptas contentas in subscripto instrumento de ipsis duabus facit duos equos armatos et alia que continentur infra huismodi scripti.*

*Sit notum cunctis quod nos Petrus de Scintillis sacrista Barchinonae procurator dominae Garcendis Dei gratia comitissa et vicecomitisa Biarnae domina Montiscatani et Castriveteris et filii sui Gastoni in honoribus et possessionibus que dominus Gastonus predictus ratione portionis sua habet in civitate et regno Majoricae ad honorem et servitium domini Gastoni predicti et suorum successorum et ad proteccionem et custodiam portionis sua Majoricae ex parte dominae comitissae praedicte et filii sui Gastoni et suorum successorum dono tibi Arnaldo de Tuguriis et tuis in feudum ad bonam consuetudinem Barchinonae duas cavallerias scilicet alqueriam quae dicitur Lauzeta et sunt viginti jovatae et alqueriam quae dicitur Diamans et sunt quindecim jovatae et quinque jovatas in alqueria quae dicitur Beniali et ita sunt quadraginta jovatae pro predictis duabus cavalleriis in termino de Canarossa de portione domini Gastonis predicti, de quibus duabus cavalleriis teneas semper unum (millem) tecum et sic eritis*

*duo milites in computo et servicio domini Gastoni predicti. Item damus tibi et tuis duo hospitia sarracenica in civitatae Majoricae de portione dicti domini Gastoni. Iamdictas itaque alquierias, cum domibus earundem et cum terminis et pertinentiis, cum pratis, pascuis, herbis, aquis, lignis, cum vineis et arboribus cuiuscumque sint generis, cum terris cultis et incultis, heremis et populatis et dictas domos sive hospitia cum solis et superpositis a coelo usque in abissum, hostiis, ianuis, introitibus et exitibus horum predictorum et cum omnibus ad hec pertinentibus et debentibus pertinere ex parte dominae comitissae predictae et filii sui Gastoni et suorum successorum damus tibi et tuis in perpetuum, in hunc videlicet modum quod pro predicta donatione tu et tui teneatis dictum militem tenere tecum semper cum equis et armis et guarnitionibus corporis et equi ad deffensionem regni Majoricae pro partida domini Guastoni et in numero eius et ad honorem ejus et suorum successorum et facietis eidem domino Gastono et suis hostem per omnes insulas Balearias ad consuetudinem Barchinonae, et si forte inde absens fueris teneas ibi duos milites qui dictum tuum complementum faciant ad honorem domini Gastoni et suorum successorum, et si tu vel tui feceritis aliquas fortitudines dabitis inde irati et paccati potestatem domino Gastono vel illi qui locum ejus tenuerit in Majoricis ad consuetudinem Barchinonae, et ita haec omnia predicta cum omnibus suis pertinentiis supradictis tu et tui habeatis, teneatis, possideatis et expletetis ad dandum, vendendum, impignorandum et alienandum et ad omnes tuas tuorumque voluntates perpetuo faciendas consimili tuo qui de predictis omnibus et subscriptis domino Gastono predicto et suis teneantur. Ego autem Arnaldus de Tuguriis hanc donationem recipiens a vobis Petro de Scintillis procuratore predicto promitto sub fide homagii a me prestiti me hec omnia predicta observare et attendere bona fide domino Gastono et suis esse semper sibi et suis legalis et fidelis sine omni malo ingenio. Acta apud Majoricae III<sup>a</sup> idus februarii anno Domini millesimo CC<sup>o</sup> tricesimo secundo. Scripta libens ipsa Petrus confirmo sacrista, procurator domine comitis et Gastoni filii eius. Sigum Arnaldi de Sancta Cecilia. Signum Bertrandi Spanyol. Signum Alexandri de Madalia. Signum Silvestri de Roda, huius rei testium. Signum Berengarii Company notarii publici Maioricarum qui hec scripsit die et anno prefixis (ARM. ECR-1145, f. 22).*

13 calendas maig 1315 (19/04/1315).- Noverint universi quod Nos Sanciu,s Dei gratia rex Majoricarum dominus Rossillionis et Ceritaniae et dominus Montispesulani, scientes et reminiscentes Nos dedisse vobis Francischo de Montelauro dilecto militi nostro et vestris perpetuo in feudum et ad servicium duorum equorum armatorum centum

*libras regalium Majoricarum minutorum rendales quolibet anno vobis et vestris dandas per tesaurarios seu procuratores nostros, de redditibus bonis et juribus meis in regno Majoricae donec eas in certo loco aut certis redditibus vobis et vestris duxeremus... Nunc de voluntate et recognoscione vestri, loco et vice dictarum centum librarum rendalium, et ut ab eis et prestatione earum Nos et nostri liberati simus, per Nos et nostros damus vobis et vestris in feudum et ad servicium duorum equorum armatorum quandam alchariam que est in regno Majoricae et vocabatur, tempore sarracenorum, Benimohab, nunc vero dicitur de Colle , et quendam raffallum contiguum eidem alchariae... seu census et omnia jura infrascripta quae habemus in eis cum sint stabilita seu data in emphiteosim. Quam alchariam et dictum raffalum dominus rex Majoricae, bonae memoriae pater meus, seu ejus procuratores, adquisiverunt titulo permutacionis ab abbe et conventui monasterii de Regali ordinis Cistercensis. Que alcharia et dictus raffalus sunt in parrochia de Porreres, in terminus de Felenig, et affrontant: ex una parte in tenentia alchariae quae ...est Berenguerii Compani, et cum raffallo Petri Mulnerii et cum alcharia heredum Antonii Palatio vocato quondam «lo Cloquer»; et ex alia parte cum alcharia vocata Mesquida; et ex alia parte in alcharia del Alcasser et cum raffallo den Rosseyo; et ex alia parte in alcharia heredum Vitalis quondam, et in alcharia Guillelmi Sellorio. Quae alcharia et dictus rafallus prout sunt sub dictis affrontationibus et cum terminis et pertinentiis suis, mei procuratores, Nostro nomine, dederunt in anphiteosim seu stabiliverunt ad certum censem annum octogintae librarum regalium Majoricae quinque anphiteotis: venerabilibus Berengario Gilabert et Bernardo Rog qui de suis stabilimentis habent instrumentum, et Petro Mora et Palafurgello et Michaeli Mesquida qui de suis stabilimentis nondum habent instrumenta. Quas octuaginta liberas censuales, quolibet anno, et directa dominia et laudimia et foriscapia dictae alcheriae et raffalli predicti, cum ceteris que ibi habemus et jurisdictionem infrascriptam, damus et assignamus vobis dicto Francischio de Montelauro et vestris, ratione et satisfaccione dictarum centum librae rendalium damus vobis dicto Francicho de Montelauro et vestris in servicium eorundem duorum equorum armatorum tresdecim morabatinos et medium censuales quos, quolibet anno, festo sanctorum Petri et Felicis augusti, recipimus in quadam alcharia vocata Abdarcha que aliter dicitur Raffal, quem Matheus Vicens tenet pro nobis ad censem dictorum XIII morabatinis et medii in parrochia de Campos. Salvamus tamen et retinemus Nobis et nostris expresse decimam et taschan quam recipimus in ipsa alcharia et ejus prediis, et etiam salvamus et retinemus Nobis et nostris*

*in eadem alcharia et omnibus prediis, terminis et pertinentiis suis, directum dominium, laudimium et foriscapum et faticam et alia jura que in eadem habemus et habere debemus propter dictos XIII morabatinos et medium censuales quos vobis dicto Francicho damus, ut dictum est. Pro dicta itaque donatione de dictis octuaginta libris censualibus et decima et directo dominio, laudimio et foriscapio et aliis omnibus juribus que habemus in dictis alcharia et raffallo que fuerunt dicti monasterii de Regali, et de ipsis alcharia et raffallo et omnibus pertinentiis suis necnon et de dictis XIII morabatinis et medio censualibus, vobis dicto Francischo de Montelauro et vestris perpetuo facimus, in compensacionem, solutum et satisfaccionem dictarum centum liberarum rendalium quas vobis ut predictus est dedimus hoc pacto: Quod ea omnia teneatis et habeatis pro Nobis et meis in feudum, et pro eisdem teneatis semper vos et vestri duos equos armatos bonos et bonis equitibus et armaturis bene munitos et paratos, ad tuitionem et defensionem regni Majoricarum et insularum eidem adjacentium et ad servicium meum et meorum. Jurisdictio autem quam vobis et vestris damus et concedimus in dictis alcharia quae dicitur de Colle et raffallo eumdem contiguo et territorio et terminis suis, et in habitantibus nunc et in futurum ibidem, est quae sequitur: videlicet impositio bannorum pro custodia et tuitione prediorum sitorum in alcharia et raffallo predictis et terminis eorum, cum fructibus existentibus et pendentibus in eisdem prediis et cognicione et punitione ipsorum bannorum et ludi et evacinacionis gladii que non fiat mente deliberata, et furorum domesticorum et aliorum furorum et delictorum levium comissorum in dictis alcharia de Colle et raffallo eidem contiguo et terminis et pertinentiis eorum per habitantes ibidem, pro quibus non debeat infligi poena seu punitio sanguinis vel exillii aut aliqua alia poena seu punitio publica. Item, cognitio et punitio bannorum que incurrit quecumque personae extraneae que ad predia et fructus eorundem prediorum que sunt in terminis alchariae et raffalli predictorum. Item, compulsio seu cohercio solutionum faciendarum vobis et vestris per habitantes nunc et in futurum in dicta alcharia quae dicitur de Colle et raffallo ejusdem contiguo, de censibus et terremeritis et quibuslibet aliis canonibus debitibus et debendis per habitatores predictos. Item, cognitio et definitio omnium litium causarum et questionum currilium que vos tenetur jure quascumque personas de prediis et ratione prediorum sitorum in alcharia et raffallo predictis et terminis eorundem, et omnium causarum et querimoniarum... que vertentur inter habitatores nunc et pro tempore in alcharia et raffallo predictis et terminis eorum, et omnium querimoniarum pecuniarum que ponentur contra habitatores predictos ratione debitorum vel concesuum quorumcumque... pro*

*vobis aut vestris non fuerint obligati ad debita vel concesus eosdem, nam, in hoc casu, cognitionem aut determinationum dictarum querimoniarum ad vos et vestri habeatis et teneatis semper judicem competentem qui cognoscat de predictis in quibus vobis jurisdiccionem damus et concedimus et in determinacionem... prout jus et justicia sua debit. Volumus etiam et concedimus vobis et vestris que possitis capere quascumque personas, etiam extraneas et undecumque fuerint, delincuentes aut comitentes quecumque crimina seu delicta in alcharia seu raffallo predictis et terminis eorum, et tales personas habeatis, retineatis et remitatis illico foro suo puniendas, salvis vobis et vestris casibus in quibus vobis jurisdiccionem predictam concedimus ut superius est expresum. Aliam autem jurisdiccionem omnimodam retinemus Nobis et nostris excepta illa quam vobis et vestris concedimus prout est expresa. Pariter etiam retinemus Nobis et nostris in omnibus predictis casibus in quibus vobis et vestris jurisdiccionem concessimus predictas appellatione s et correcciones excesum et defectuum justiciae. Et ego igitur Francischus de Montelauro, miles predictus, acceptans a vobis domino nostro rege donationem predictam quam fecistis mihi de dictis alcharia et raffallo que fuerunt dicti monasterii de Reguali, seu dictas octogintas liberas regalium Majoricarum censuales, quolibet anno, debent fieri et pro eisdem in decimam et directum dominium, laudemium et foriscapium et dictam jurisdiccionem et alia jura que habebatis in eisdem alcharia et raffallo predictis et pertinentiis suis. Et dictos tresdecim morabatinos et medium censuales que omnia stimata sunt valere et complere dictas centum libras rendales, quolibet anno, quas ut predictur dederatis. Et de predictis que michi dedistis, loco et compensacione dictarum centum liberarum rendalium reputatis, me contentum de predictis centum liberis rendalibus per me et meos facio vobis et vestris remisionem et finem perpetuum ac pactum de non petendo, promittens vobis eidem domino regi que pro predictis que mihi dedistis et concessistis erimus ego et meis vobis et vestris fideles vassalli, et prestabimus vobis et vestris in omnibus et per omnia fidelitatem prout per fideles vassallos tenetur domino suo, et tenebimus semper duos equos armatos ut superius est expresum. Et pro hiis facio vobis homagium ore et manibus. Et juro per Deum et ejus Sancta quatuor Evangelia predicta omnia et singula servare et complere et in nullo contrafacere vel venire. Et ad faciendum vobis et vestris humilem homagium et sacramentum fidelitatis, per me et omnes successores meos in dicto feudo oblico et astringo ipsos omnes successores meos. Nos autem Sancius, Dei gratia rex predictus et Franciscus de Montelauro, volumus quod cartam que facta fuerit in dicto Francischo de donacione et assignatione dictarum centum librarum rendalium sigillata sigillo cereo*

*pendenti vestri domini regis sit cassa, irita et nullius valoris. In testimonium aut in fidem omnium premissorum Nos, rex predictus, presenti cartae meum jusimus appendi sigillum. Quae sunt acta et laudata per dictum dominum regem et dictum Francischum de Montelauro in camera regia castelli regii civitatis Majoricae, tercia decima kalendas madii anno millesimo CCC<sup>o</sup> quinto decimo. Presentibus testibus: nobili viro Petro de Fonoleto, Dei gratia vicecomite Insulae; Petro de Pulcrho Castro, milite et majordomo; Arnaldo de Codolet, thesaurario; Arnaldo Traverii, judice; et Laurentio Plasensa scriptori dicti domini regis. Ego Laurentius Plasensa, scriptor prefati domini regis, et ejus auctoritate publicum notarium hanc cartam feci et clausi meo publico signo (ARM. ECR-1145, f. 24).*

30 maig 1389.- Noverint universi quod nos Sancius, Dei gracia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispesulani nostris liberalitate et gracia damus et concedimus in feudum et feudi beneficium tibi Berengario de Sancto Johanne, domicello filio Berengarii de Sancto Johanne qm, militis nostri dilecti et tuis perpetuo justicias minores subscriptas in alqueria seu cavalleria de Roqueta et suis terminis et pertinenciis ac in populatoribus illius presentibus et futuris cuius partem pro nobis tenes in feudum; quequidem justicie sunt que sequntur videlicet quod si hominis qui populati sunt vel fuerint in dicta cavalleria vel qui etiam ibi delinquerint conquesti fuerint propter causas debitorum vel ratione honorum seu possessionum transitaverint sub examine tuo et tuorum firment et faciant juris compla(...) et quare quod inde exierit ratione justicie sic vestrum et vestrarum cognicionem. Et pro feudo huiusmodi sitis tu et tui tenentes dictam cavallariam vassalli et homines nostri et nostrorum fideles et faciatis inde homagium ore et manibus nobis et nostris quociens in dicto feudo mutetur dominus vel vassallus et etiam prestetis juramentum fidelitatis nobis et nostris ad Sancta Dei Evangelia manibus vestrī tacta. Mandamus igitur locum nostrum tenentibus, vicariis, baiulis, procuratoribus et aliis officialibus nostris presentibus et futuris istam infeudacionem nostram huiusmodi et omnia in hac carta contenta tibi domino Berengario et tuis perpetuo obseruent firmiter et faciant inviolabiliter observari. In quorum omnium predictorum testimonium et fidem presenti carte nostrum jussimus appendi sigillum hinc est. Et ego Berengarius de Sancto Johanne predictus recipiens dictas justicias in feudum a vobis prefato domino meo Rege et inde vobis gracias refferens humiliter promito vobis eidem domino meo Regi quod ego et mei erimus pro dicto feudo vobis et vestrī fideles et legales vassalli et facio inde vobis de presenti homagium ore et manibus et etiam presto

*sacramentum fidelitatis ad Sancta Dei Evangelia manibus tacta, et pro consimili recognicione et homagio ac fidelitatis juramenti prestando vobis eidem domino meo Regi et vestris a me et meis quociens in dicto feudo mutetur dominus vel vassallus obligo et stringo vobis et vestris dictum feudum et me et successores meos in illo. Quod est actum in castro regio Civitatis Mariorice quinta idus iulii anno Domini Mº CCCº vicesimo tercio. Signum nostri Sancii Dei gracia regis Maioricarum, comitis Rossilionis et Ceritanie et domini Montispesulani qui hec predicta omnia laudamus ex certa sciencia et firmamus. Signum mei dicti Berengeroni de Sancto Johanne qui hec predicta omnia laudo, juro et firmo. Testis sunt venerabilis Guido Marioricensis episcopus, Dalmacius de Bayullis, Nicholaus de Sancto Justo thesaurarius, nobilis Peyronus de Fenoleto, Ferrarius de Caneto et Jacobus Scuderii notarius, omnes consiliarii Regis. Ego Jacobus Scuderii, notarius prefati domini Regis ipsius mandato hec scribi feci et clausi meo publico signo.*

Segueix la venda en subhasta que fan els marmessors de Renovard de Malbosc, fill de Renovard qm, de la meitat de l'alqueria de Roqueta. Se la queda el rei per 500 lliures el 8 idus juliol 1316, *nam, cum eiusdem domini Regis esset, eam volebat concedi et dari in feudum dilecto et fideli suo Berengario de Sancto Johanne, militi quondam, sub servicio unius equi armati quem ipse et sui semper tenerent ad defensionem et tuicionem regni Maioricarum et in salario eidem adjacentium et ad servicium dicti domini Regis et suorum, salvis et retentis predicto domino Regi et suis censibus et omnibus aliis juribus que habebat et recipiebat tunc in dicta alqueria de prediis et pertinenciis suis prout de dicto mandato et aliis omnibus et singulis constat per publicum instrumentum inde factum auctoritate Laurencii Plasensa qº scriptoris prefati domini Regis quintadecima kalendas octobris anno Domini Mº CCCº quintodecimo.*

Efectivament, els procuradors reials cedeixen la meitat de l'alqueria en feu a Berenguer de Sant Joan. Com que aquest Berenguer morí i no es troba el document anterior, els procuradors reials fan un nou document de cessió a Berenguer de Sant Joan, adult, i Guillemona i Blanca, impúbers, fills, hereus i successors de dit Berenguer de Sant Joan qm, en poder i mà de dona Blanca, mare seva, *de totam dictam medietatem et partem ac jus quam et quod dictus dominus rex habet et habere potest et debet in predicta medietate et parte dicte alquerie de Roqueta et eius raffallis, prout melius et plenius dicto domino Regi pertinet et pertinere potest et debet racione empacionis sue predicte et prout melius et plenius dictus Renovardonius qº ipsarum tenebat et possidebat dum vivebat, amb la condició que tingueu un cavall armat en defensa i tuïció del regne de Mallorca i les*

illes adjacents al servei del rei i dels seus successors, i li sigueu sempre fidels i li faceu homenatge de boca i mans cada cop que el feu mudi de senyor o vassall, i pagueu al rei els censos que fa dita meitat. Datat el 12 calendes maig 1323. Signa el procurador reial Miquel Rotlan. El notari és Arnau Crespià.

Tot seguit hi ha la divisió dels béns feta entre Joan Omberti, de 20 anys, fill de Joan, CM, i Arnau de Sant Joan, de 14 anys, donzell fill de Berenguer qm, hereus de dona Felipa, vídua de Ramon de Rifiacho, àvia nostra materna. N'Arnau es queda amb la cavalleria anomenada Roqueta, amb totes les terres, censos i agrers, i 20 sous censals que rep sobre un rafal i el domini directe del dit rafal, que fou de Berenguer de Fonollar qm, situat a la parròquia de Muro. I la cavalleria està a la parròquia de Santa Margarita, tinguda en feu honorat pel rei a servei d'un cavall armat (ARM. ECR-1145, f. 30).

Dimarts, 01/06/1389.- Confirmació de la Cavalleria d'Orient.- *Venerabilis Berengarius de Galiana, filius et heres universalis Assaldi de Galiana, militis, confessus fuit et recognovit se habere, tenere et possidere quandam suam Cavallariam vocatam Dorient, in qua sunt tria loca quorum unus vocatur Orient et alias Luch et alias Honor, que tenet in feudum domini Regis ad servicium unius equi armati; que dicto eius patri fuerunt concessa per dominum regem Sanctum cum eius carta sigillo pendenti munita huiusmodi serico.*

*Noverint universi. Quod nobis Sancio, Dei gracia regi Maioricarum, comiti Rossilionis et Ceritanie et domino Montispesulanii, dilectus miles noster Assaldus de Galiana humiliter supplicavit ut cum pater suus qm, tempore quo illustris Alfonsus, rex Aragonie, occupavit indebet regni Maioricarum, amiserit instrumenta cavallerie sue Dorient que fuit de porcione nobilis Nunonis Sancii qm, et facit inde servicium unius equi armati, dignaremur cavallariam ipsam nedum confirmare, quinymo dare eidem ad perpetuam sui et suorum tuicionem et concessionem in illa sibi de novo justicias minores (un tros tatxat) quas ceteri milites habent in suis cavallariis. Nos, cognita dicti Assaldi suplicatione benigne emissam, locuto primitus de predictis cum fidi procuratore nostro in Maioricarum Michaele Rotlandi, qui invenit antiquitatis et jura nostra huius insule pervenire ac de predictis simus cu... eo veritate reperta, per nos et successores nostros quoscumque confirmamus immo etiam damus et concedimus in feudum tibi dicto Assaldo de Galiana militi et tuis perpetuo ad servicium unius equi armati boni et sufficientis cum milite armato seu generosa persona bona et ydonea quem inde tenearis facere et tenere a tuicionem et defensionem civitatis et regni Maioricarum ac insularum adjacencium*

*ipso regno et ad honorem nostri et nostrorum dictam cavallariam Dorient, sub cuius jure dicciones sunt tria loca quorum unus vocatur Orient et alias Luch et alias Honor. Et omnia ista, cum eorum terris et possessionibus, directis dominiis, laudismis et faticis, aquis, silvis, pascuis, pratis, nemoribus, piscacionibus, garrigiis et aliis universis faciunt et constituunt dictam cavallariam et sunt in et de ipsa cavallaria prout de eis omnibus es hodie in pacifica possessione seu quasi. In quaquidem cavallaria et omnibus pertinentibus ad eam damus et concedimus tibi et tuis perpetuo de presenti in feudum, seu in augmentum feudi predicti, omnes justicias minores et exercitium earundem prout ceteri milites communiter habent in suis cavallariis in insula Maioricarum. Mandamus itaque locum nostrum tenentibus, vicariis, baiulis et aliis officialibus nostris presentibus et futuris quare donaciones infeudaciones et concessiones nostras presentes ac omnia in hac carta contenta tibi domino Assaldo de Galiana et tuis obseruent firmiter et faciant ab omnibus inviolabiliter observari, in quorum omnium testimonium et fidem presente carta sigillum nostrum jussimus apponendo. Hinc est quod ego Assaldus de Galiana, miles, recipiens predictis in feudum a vobis prefato domino meo Rege et inde vobis gracias refferens juxta posse per me dandas, promito bona fide mea vobis eidem domino meo Rege quod ego et mei successores in dicto feudo erimus vobis et vestris fideles et legales vassalli pro illo. Et faciemus dictum servicium dicti equi armati bene et fideliter ut superius est expressum et omnis supradictis ... servabimus bona fide, obligando inde vobis et vestris dictum feudum cum omnibus pertinentibus ad illud ac cum omnibus melioramentis eiusdem ac faciendo inde vobis de presenti homagium ore et manibus comendatum et prestando sacramentum fidelitatis ad sancta Dei evangelia manibus meis tacta, et per consimili recognicionem homagio et fidelitatis juro vobis eidem domino meo regi et vestris faciendis et prestandis a me et meis quotiens in dicto feudo mutetur dominus vel vassallus obligo vobis et vestris me et meos ac dictum feudum cum omnibus melioramentis eiusdem et successores meos in illo. Que fuit acta et laudata in camera consilii castri regni civitate Maioricarum septima idus iulii anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> tercio. Signum noster Sancii, Dei gracia regis Maioricarum, comitis Rossilionis et Ceritanie et domini Montispesulanii predicta omnia et singula ex certa sciencia laudamus atque firmamus. Signum mei Assaldi de Galiana presenti qui predicta omnia laudo et firmo et juro. Testes huius rei sunt Ferrarius de Caneto, miles, locumtenens Maioricarum, Berengarius de Bacho, domicellus, locumtenens Eviça, Nicholaus de Sancto Justo, thesaurarius, et Jacobus Scuderii, notarii publici, consiliarii prefati domini regis. Ego*

*Jacobo Scuderii notarii prefati domini regis et eius auctoritate publico ipsius speciali mandata hec scribi feci et clausi meo publico signo (ARM. ERC-1145, f. 55).*

11 calendas juliol 1233 (21/06/1233).- *Notum sit cunctis quos nos domina Garcendis comitissa, vicecomitissa Bearnensis et domina Montispesulani et Castriveteris, per me et per Gastonem filium meum et etiam per omnes successores nostros damus tibi, Petro de Vilaregut militi et tuis et cucumque vobis omni tempore, totam ipsam alqueriam de Beniarri et sunt quindecim jovatae terrae. Item damus tibi et cuicunque velis tres jovatas terre apud Pinam (?) Rogam et quatuor jovatas terre in alqueria de Feriza (Periza ?), et ita sunt vingiti et duas jovatas terrae. Dictam namque alqueriam cum dictis viginti et duabus jovatis terre et etiam cum omnibus juribus, utilitatibus, ingresibus et egressibus, affrontationibus, terrius cultis et incultis, pratis, planis, montibus, petris, rupibus, aquis, pascuis, carrierais, aqueductibus aquarum, arboribus, pertinentiis et universis aliis ad hec nobis quoquomodo spectatibus et pertinere debentibus tibi et cuicunque velis damus omni tempore in feudum tali pacto ut tu et tui semper teneatis ibi equum et garnizonem de corpore et equo et scitis in numero et compotu Gastonis et suorum ad defensionem illius terre. Et faciatis dicto Gastoni et suis exerce(ti)us sive hostes in insulis que vocantur Baleares. Item damus tibi licenciam et tuis et cuicunque velis ut possis facere et construere castrum et fortitudinem in ipso podio quod est super Beniarri sed tu et tui irati sive paccati detis potestatem dicto Gastoni et suis semper ad consuetudinem Barchinone quotiens ab ipso Gastone et suis requisiti fueritis, et ita sub predicta forma tu et tui et cuicunque velis semper hec omnia teneatis et hec omnia possitis vendere, dare et impignorare tuo consimili militi tamen et non alio qui predicta compleat et attendat. Quod est factum XI<sup>a</sup> kalendas iulii anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> tercio. Signum Berengarii de Medalia. Signum Guilaberti de Medalia. Signum Arnaldi de Sancta Sacilia, testium rei huius. Scriptas libens ipsa Petrus confirmo sacrista. Signum Andree sacerdotis et publici ville Vici scriptoris. Signum Petri acoliti qui hoc scripsit cum lideris superponitis in duodecim linea ubi dicitur "et hec omnia possis vendere, dare, impignorare tuo consimili tamen et non alio qui predicti compleat et attendat" die et anno quo supra. Signum Bernardi de Vallefecunda publicus notarius Maiorice civitatis. Signum Bernardi de Artes notarius publicus Maiorice. Signum Raymundi de Aragone notarius publicus civitatis Maiorice qui hoc scripsit translatum fideliter (ARM. ECR-1145, f. 57r).*

17 juliol 1389.- A instància de Francesc Çagarriga, cavaller conseller reial i vicegerent de la Governació general del regne de Mallorca, i del venerable Berenguer Luppeti, Procurador reial, per pregó públic, es mana *universis et singulis magnatibus, prelatis, baronibus, militibus et aliis quibusvis personis cuiuscumque status vel condicionis existent, que teneant, habeant vel possideant quovis titulo, modo vel causa intus insulam Maiorice, baronis, cavallarias et feuda honerata que teneantur per dictum dominum Regem, ut infra certum tempus prefixum et in dicta preconitzacione contentam, compererent per se vel eorum procuratores coram predictis domino vicesgerente et procuratore regio et ostenderent titulos et probaciones per quas teneant supradicta, facerentque et rescognoscerent ea, que fienda et recognoscenda existerent per eosdem.*  
*Et in divisionibus seu portionibus inter illustrissimum Dominum Jacobum gloriose memorie Regem Aragone et prelatos, magnates, barones et milites et alias personas que cum dicto qº domino Rege, ad expugnandas insulas Baleares a manibus paganorum hunc Maiorice ciffretarunt tempore quo insula Maiorice a paganis erepta exitit, factis secundum numerum militum et hominum armatorum, et juxta convencionem per dictum qº dominum Regem factas dictis prelatis, magnatibus, baronibus, militibus ac personis de tota terra Civitate, castris, villis et terris heremis et populatis dicte insule, tunc devenerant Reverendo domino Archidiacono Barchinone, qui militibus et armatis hominibus scienve ? sociatus, fuit in capcione dicte insule, per sua porcione et parte centum sex cavallarie ad servicium unius militis armati pro deffensione insule supradicte.*  
*Ideo ego Gabriel Cappellani, ebdomedarius ecclesie Sedis Maioricense procurator et nomine procuratorio reverendissimi in Cristo patris et domini Guillemi, miseracione divina rectori Sancti Stephani in Celiomonte, presbiteri, cardinali, archidiaconi Barchinone, ex substitucione michi facta per venerabilem Berengarium de Feudo, canonicum Sedis Barchinone, rectoremque ecclesie Sancti Johannis de Pinu diocesis Barchinone, procuratorem generalem domini archidiaconi supradicti, virtute dicte preconitzacionis et alias ex fidelitate qua domino nostro Regi idem dictis archidiaconus tenetur pro suis porcione et parte predictis, ex certa sciencia atque gratis tenore presentis scripture profiteor et recognosco in manibus et posse predictorum honorabilis domini vicegerentis generalis gubernatoris et venerabilis procuratoris regii in predicto Regno Maiorice quod dictus dominus archidiaconus Barchinone, titulo et vigore convencions et divisionis predictarum, habet, tenet et possidet in predicta insula Maiorice, ad predictum servicium unius militis armati et ad fidelitatem dicti domini nostri Regis et successorum suorum, pro porcione sua predicta seu parte, jamdictas centum sex cavallarias, tam in*

*Civitate Maiorice et termino eiusdem quam in parrochiis de Sullare, de Robinis et de Sencellis videlicet rationem ipsarum CVI cavalliarum, hospicia, domos, ortos, ortalis, alquarias, raffallos, molendinos, campos, vineas, olivaria et alias terras et possessiones cultas et incultas, heremasque et populatas sive dominia et jura alodialia earumdem, necnon census et censualia qui et que super inde percipiuntur. Que omnia et singula supradicta, pro sua porcione seu parte, jamdictus dominus archidiaconus et alii sui predecessores archidiaconi Barchinone habuerunt, tenuerunt et possiderunt sparsim, divisim et distinete in et per loca predicta, titulo, modoque et forma expressis, a tempore erepcionis huiusmodi citra, et in tantum quod memoria hominum in contrarium non existit, sicut hec offero me paratum ostendere pro antiqua caputbrevia facta et habita de hospiciis, domibus, ortis, ortalibus, alquariis, raffallis, molendinis, campis, vineis, olivariis et aliis terris possessionibus et censibus supradictis, sive de decimis et juribus alodialibus eorumdem et alias, si necesse fuerit. Offerens nihilominus me, quo supra nomine, recogniciones et juramenta debita et expediencia facere et firmare dicto domino nostro Regi, sive dictis dominis vicesgerenti et procuratori regio, si et confessum cum ego habuerim potestatem plenariam a domino meo principali predicto, predicta faciendi, licet ad ipsam potestatem habendam, laboraverim juxta posse. Protestor tamen quo supra nomine ac ad memoriam dicatorum dominorum vicesgerentis et procuratoris regii reduco quod infra tempus preconitzacionis predicte et etiam post infra spatium temporis ultra dictum tempus preconitzacionis michi elongatum, coram ipsis dominis vicesgerente et procuratore regio comparui, ex causa prescripta, et hoc idem verbo confessus fui, et etiam recognovi ac obtuli me facturum. Et ut de fidelitate, professione, recognicione et oblacione huiusmodi clarius constet sempre peto et requiro hanc meam scripturam, ipsa omnia continentem, cum infrascriptis conventione et divisione inseri et continuari in libris ubi similia continuantur, per discretum Jacobum de Podio, notarium et scribam in negotio huismodi, ac curie gubernationis Maiorice, et michi si necesse fieri et tradi publicum et publica instrumenta per eundem notarium si petitum fuerit de eisdem.* Es reproduceix el document de Tarragona del 5 calendes setembre 1229. Postea, in obsidione Civitatis Maiorice XIII<sup>a</sup> kalendas octobris fuerunt poniti et electi de consensu domini regis et omnium predictorum in portionibus faciendis, loco Guillermi et Raymundi de Montecatano, Raymundus Alaman et Raymundis Berengarii de Ager, qui hoc jurarunt, et cum eis similiter in portionibus faciendis Eximius de Urrea et Petrus Cornelii, qui hec jurarunt. Es reproduceix la còpia de la còpia de la còpia del document de divisió de l'illa entre el rei i els magnats, segons el llibre registre que solien tenir els Templers de

Mallorca, del qual es reproduueix la divisió dels ‘aiza de l’illa. Es reproduueix el *Memoriale* del calenes juliol 1232, procedent d’un document de la càuria de Girona del 1317. Seguidament, el 20/07/1389, Gabriel Capellà, constituït en el castell reial davant el Procurador reial Berenguer Llobet, en presència de testimonis, lliura la present documentació. El procurador fiscal Berenguer Soler “protesta que les dites coses e scriptures dades e produïdes en lo present capbreu per lo procurador del dit reverent Cardenal no admet ni sian admeses, sinó aitant quant fan per lo dret o patrimoni del senyor Rey”. Es reproduceix, tot seguit, l’acte de procuració fet pel cardenal Guillem, rector de Sant Esteve de Celomonte, a favor d’Arnau Andreu, canonge burdegalenc i Berenguer de Feu, canonge de Barcelona, per administrar els seus béns eclesiàstics i temporals, el 20/01/1372. Es reproduceix l’acte de procuració feta per Berenguer de Feu a favor de Gabriel Capellà, setmaner de la Seu de Mallorca, per administrar els béns temporals del cardenal Guillem, del 26/01/1385. (No continua) (ARM. ECR-1145, f. 96r-103v).

## ECR-1146

11 setembre 1586.- La mgfca. dona Elisabet Dameto i Quint, muller del mgfc. Albertí Dameto, donzell de Mallorca, confessa tenir *in feudum domini Regis purum liberum et franchum allodium quendam honorem sive caballarium vocatam Llodrà*, situada en el terme de la parròquia de Manacor, *una cum omnibus decimis, taschis, alodiis, laudimiis, agrariis, faticis et foriscapiis et una cum aliis juribus et obventionibus illius, francham ab omnis census prestatione in et super possessionibus, rafallis, campis, terris et aliis immobilibus intus dictam cabellarium situatis* i posseïdes per diverses persones i emfiteutes. No fa cavall armat ni altre servei al rei. La té per venda en solució que li feu la mgfca. dona Maria Burgues i de Sant Joan, mare seva, per les quantitats que li devia el mgfc. Nicolau Burgues, oncle seu, per resta de la curació de l’heretat del mgfc. Francesc Burgues, pare seu, i estimat en 2.000 lliures, segons consta per instrument de Pere Joan Gallard del 11/09/1584; i dit Nicolau, oncle seu, la tingué per compra que feu al mgfc. Jordi Callar Dameto, donzell, i sa muller Jerònima, per acte de Joanot Genovard del 26/06/1576, amb facultat de recuperar-la per 2.000 lliures; i dit Jordi la tenia per divisió feta entre ell i el mgfc. Nicolau Quint de Morell, donzell, per instrument de Gabriel Serra del 28/03/1571 de l’heretat de Miquel Moix, son avi comú, per adjudicació fideicomissària adjudicada a ells per sentència presidal del 17/12/1569; i dit mgfc. Miquel

Moix la tenia com a successor del mgfc. Francesc Moix; i dit Francesc la tenia per compra que feu a la càuria del Batlle de Mallorca, venuda en subhasta a instància de creditors amb acte de Guillem Sunyer, notari de la dita càuria, pel discret Pere de Planes, escrivà de la dita càuria del 20/06/1401. La qual cavalleria abans fou posseïda pel mgfc. Simó de Mari, qui la tenia per compra que feu als frares de l'orde de Calatrava, segons acte de Pollença del idus juny 1247 (13/06/1247), segons consta per un pergamí testificat per tres notaris –Berenguer Çacosta, Pere de Treballs i Romeu Canut–; *quicquidem ordo de la Calatrava seu fratres dicti ordinis de la Calatrava dictam caballariam sive honorem de Llodra per proprium, liberum et franchum allodium possidebat titulo donationis dicto ordini de la Calatrava facte per nobilem Nunonem Santium cum instrumento donationis apud Maioricas recepto et facto de eius mandato per manum manifici Joannis, notarii sui, nonas februarii anno Cristi MCCXXXIII (ARM. ECR-1146, f. 90r).*

## ECR-1148

19 desembre 1620.- Capbrevació de dom Pere Ramon Çaforteza, cavaller de l'orde i milícia de Calatrava, Procurador reial del regne de Mallorca. El rei sap que és un dels propietaris de l'illa que té més terres i béns en propietat reial i, com que és Procurador reial, considera “que la capbrevació de elles no es justo que le haga él mismo”. Per tant, en carta datada a Burgos el 17/10/1515 encomana la capbrevació al lloctinent i capità general de Mallorca Carlos Coloma, prenen com a assessor el regent Mut.

El dit Safortersa confessa posseir *caballarias vocatas de Sancta Margarita e Hero, Maria, Alcudiola et Castellet, in termino ville de Sancta Margarita, sub feudo Baronie olim comitis Empuriarum, nunc possesse per nobilem Don Guillermum de Sanct Joan et magnificum Thomam Torrella, domicellum, ad servicium trium equorum armatorum, sive de tres cavalls forsats, de numero de septem equorum (sic) ad quorum servitium tota dicta Baronia per magnificum Petrum Joannem de Sanct Joan die undecima maii millesimo quingentessimo vicesimo fuit registrata in libro intitulato liber capibreviationum magnatorum; que integra Baronia est in feudum domini regis. Item expono quod habeo et possideo cabellariam de Tancha (Tanca), in termino villa de Muro, sub feudo portionis sedis Gerunde.* Totes les cavalleries anteriors foren capbrevades per dona Anna de Villalonga, àvia, tutora i curadora meva; per suposat, la

cavalleria de Tanca fou capbrevada per dita Anna a l'escrivania de la Seu de Girona el 25/10/1578, i el seu fill el Mgfc. Gregori de Villalonga la capbrevà en la dita Seu el 27/11/1576. Les tinc totes com a fill únic del mfc. Ramon Safortesa, qui les tenia com a successor del Mgfc. Pere Ramon Safortesa, son pare, segons testament de Joanot Ferro del 02/02/1568; i dit Pere Ramon les capbrevà a la Procuració reial el 18/03/1503, i les posseïa com a hereu del Mgfc. Ramon Safortesa segons testament de Nicolau Thomàs del 28/02/1516; i el dit Ramon les capbrevà com a tingudes en feu de la Baronia d'Empúries a l'escrivania de la dita Baronia el 27/08/1519, i la cavalleria de Tanca a la càuria de la Seu de Girona el 05/12/1519, tal com apareix en la carta proveïda pel noble D. Joan Burguès, lloctinent del noble D. Francesc Burguès, Procurador reial, del 21/05/1520. *In quibus jurisdictionem habeo civilem et criminalem et precedenciam Baiulo Regio ville Sancte Margarite concessas predecessores meis per privilegia per serenissimos reges Aragonum ut patet in litteris presidalibus infrascriptis per locumtenentes et capitaneos generales provisis in quibus expresse fit mentio de privilegiis per serenissimos reges Maioricarum possessoribus mearum cabellariarum concessis super illarum iurisdictione, videlicet: per don Joannem Aymarich cum consilio magnifici de Ornos, Regentis cancellariam, et Petri Joannes Forteza, juris doctoris advocati fiscalis el 19/03/1502, cum firma et auctenticatione discreti Sebastiani Mulet notarii curiam criminalem regentis Item per illustrem don Ferdinandum Çanoguera cum consilio regentis maior el 28/06/1602, juxta tenorem precalendarum litterarum provisarum per nobilem don Joannem Aymarich cum forma et auctenticatione discreti Bartolomei Julia nomine discreti Joannis Antonii Forsimanya notarius scriba majoris et secretarii regie Audiencie. Item per illustrissimum don Joannem Villa regente cum consilio regentis Villar el 02/10/1609. Item per illustrissimum don Carolum Coloma cum consilio nobilis don Josephi Dezmur regentis cancellariam el 08/01/1614 Item et ultimo per illustrissimum don Franciscum Joannem de Torres cum consilio don Josephi de Mur regentis cancellariam el 28/07/1618, que sunt tenoris sequentis:*

*Don Joan Aymarich, cavaller, conseller y mestre sala del Rey nostren Senyor y per sa alteza lloctinent general y governador del Regne de Mallorca e illes a aquell adiacents, als amats los Balles de Santa Margarita de Muro et de Muro o lurs lloctinents, saluts e dilectio. Com per gracia per lo Illustrissim señor Rey en Jaume de gloriosa memòria dat sots a VIII de las calenes del mes de juny MCCC feta al honor en Francesch Arnau de la Illa cavaller que tenint y possehint las dites cavallarias de Sancta Margarita e Hero y los rafals appellats Baxacoria y Raboster e rafal den Castello li dona iurisdicció*

*civil justicia criminal sobre tots los homens y fembres en las dites cavallarias habitants presents y esdevenidors sots certes modificacions ab tots aquells drets, preheminentias, jurisdictions y perrogativas que en semblants coses son acostumades fer, e dret de senyoria, de escrivania e scrivanas segons que en la precalendada provisió devant nos exhibida appar. Apres amparo en lo any MCCCCXX sots al primer de juny a suplicació del honorable mossèn Ramon Çafortesa, señor e possehidor de las dites cavallarias de Sancta Margarita e Hero e de Maria ab los dits rafals, lo señor Rey don Alfonso de gloriosa memoria la predita gratia confirma, lloha e encara amplia en lany MCCCCXXXI sots a vuyt de agost lo dit mossèn Ramon Çafortesa, aggregant e aiustant a las dites cavallarias la cavallaria de Castellet e de Alcudiola la predita magestad del dit illustrissim señor Rey don Alfonso de recordable memòria la demunt dita gratia e iurisdictio axi civil com criminal lloha e amologa, e encara amplia segons que per les dites concessions per nos ocularment vistes llargament appar a les quals nos referim. E segons es afirmat per part del magnífic mossen Ramon Çforteza tenint y possehint les dites cavalleries que vos, Balle Real, vos ocuparieu jurisdictions de algunes causes tocants a sa iurisdictio e tocant a conixer a son Balle, car no sols per causa de censals en que les possessions e terres tingudes sots iurisdictio de las dites cavalleries, mes encare per qualsevols natura de contractes o deutes encare que haie renunciació de for lo dit son Balle nes conexador per virtut de les dites gracies a ell dit Ramon o a sos predecessors fetes, axi dels homens com de les fembres, e tots los actes e qüestions se han a fer, tractar e negociar devant son Balle e escriva e escrivania sua, per totes las quals coses recorregut a nos lo dit magnífic mossèn Ramon Çforteza nos ha suplicat sobre dites gracies de oportuns rameis de justicia provehir lo volguessem, e aquell en sa antiga possessió conservar lo volguessem; e nos, vists los privilegis e gracies demunt dites, no sols als predecessors de aquell atorgades, mes encare vista la gracia e privilegi a ell dit Ramon vuy en dia Señor de dites cavallarias per lo sereníssim señor Rey nostre Don Fernando are beneventuradement regnant atorgada en la ciutad de Granada a 12/09/1501, en la qual dita gracia confirma al dit mossèn Ramon e als seus les gracies e privilegis per los prínceps passats de gloriosa memoria als predecessors seus atorgades y atorgats, servadores y servadors de la primera linea fins a la darrera, e no sols aquelles, mes encare de nou li fa gracia e vol que sia conservat en totes les coses de las quals o en las quals ell dit mossen Ramon te possessio en dites cavallaries appellades la cavalleria de Maria, la cavalleria de Castellet, la cavalleria de Tancha qui es en lo terme de Muro, segons de aquelles es feta menció en lo dit privilegi, havem aquell de les presents proveït*

*ab les quals a vosaltres diem y manam en pena de 200 lliures al fisch del señor Rey applicadores que en continent, vistes les presents, de aquí avant no us cureu ni us entremeteu de niguna causa o causes axi civils com criminals tocants als homens e dones que estan sots jurisdicció e alous del dit mossèn Ramon Çaforteza e cavalleries demunt dites axi per causa de contractes, de censals, de qüestions, com encara de qualsevol altra deute que obligats sian, com encara per execucions de semmanes, talles ni qualsevol altra manera de deute encara que y haie renunciació de for, com tals remunerations no.s poden fer en preiudici dels drets de les dites cavalleries, segons les gracies y privilegis demunt pertanga e sian de jurisdicció del dit mossen Ramon e de dites cavallarias, ni axi mateix vos entremateu en lo criminal sino en los casos acostumats e de dits privilegis exempts, ço es com y ha sanch, y de aquells qui no tocan a la iurisdicció fereu avis a nos seguint se algun cas e no als altres que a ells tocan e a sa jurisdicció sino en dit cas com y ha sanch, e les armes que llevareu com no y ha sanch aquelles remeteu y restituireu al Balle de dites cavalleries com juxta seria de ditas gracies a ell atorgades pertangan a ell dit Balle totes armes tretes e per a traure puis no y haie sanch, e si llevades na haureu en la dita forma aquelles restituireu al dit Balle de les dites cavalleries, ni tocareu axi mateix en los bans ques cometran per qualsevols personnes en dites cavalleries com a ell dit mossen Forteza pertangan per la raho demunt dita tots los bans posats e son posadors, ans si preses ne haureu fins aci aquells restituireu com aquells a dit Balle de els cavalleries pertanguen, guardant vos ab diligencia de fer lo contrari si en dita pena voleu no incorrer. Data en Mallorca a XIX del mes de mars del any MDII. Aymarich, vidit. Aquesta lletra es troba recòndita a l'arxiu de la Cúria Criminal de la Governació i Vicaria Forense de Mallorca, en el llibre extraordinari de lletres reials.*

*El Rey y per sa magestad lo lloctinent general, Balles de Sancta Margarita y Muro, lo amat de su magestad Honofre Çaforteza, procurador del capità don Pedro Ramon Çaforteza, nos ha referit que algunes vegades fent execucions o altres actes contra los subiectes a les suas cavallaries vos, nostres ministres, lis feu poch advertint y considerant que aquelles tals execucions y actes se han de fer per los Balles, escrivans, corts y ministres de dites cavallarias que an aquexas viles te per observancia y execució de molts reals privilegis sobre de açó concedits y atorgats a los predecessors de son principal, com ja altres vegades es estat per nostros antecessors provehit y manat de las quals nos ha feta ostenció, y assenyaladament unes provehidas sots a sinch de juliol MDXXXX y altres a XVI de mars MDLVIII en las quals sa fa menció de actes que provehiran aquelles, supplicant nos per conservació de la jurisdicció y drets de les*

*presents revocant aquelles provehir lo volguessem, e nos, havent vist los reals privilegis per dit y altres efectes y les dites lletres havem tengut y tenim per be de provehir y concedirles com a vistes ab tenor de les quals vos diem y manam en pena de CC lliures al fisch real aplicadores que encontinent qualsevols actes, execucions e procehiments que se faran a instancias de qualsevols personnes y contra qualsevols súbdits a la jurisdicció de les dites cavallarias si acas per descuyt inadvertència velats se instacen o fer volguesen en vostres corts o per vostres ministres aquelles encontinent remeteu als Balles, cort e scrivans de las dites cavallarias respectivament, qui a les pars tot compliment de justícia administraran com ab las dites precalendadas lletres es estat provehit y manat, prohibint vos de fer lo contrari si en dites penes desitjau no incórrer, y axi matex manareu als dits instants, scrivans y ministres vostres com ab las presents intimam y manam que tals actes, execucions y procehiments no fassen sots pena de XXV lliures y altres per nos reservades y perquè mes extensament sobre lo predit esta donat orde y forma com y de quina manera se an de fer los dits actes y execucions ab lletres provehides per don Joan Aymarich olim lloctinent general sots a XVIII de mars MDII, volem y manam sots les dites penes que tot lo contingut y disposat ab dites lletres per dit don Joan Aymarich provehides guardeu, observeu y cumpleu si e segons en aquelles es contingut y si dins les presents de paraula a paraula insertades fossen perquè e mes de que es axi justícia tal es nostra determinació y voluntat, que fent ho de aquesta manera nos servireu; y de com haveu adimplit desta manera nos avisareu perquè ho desitjam entendra. Data a Mallorca a XXVIII del mes de juny MDCII. Don Hernando Çanoguera.*

Còpia guardada en el registre de lletres comunes de la Reial Audiència, copiada per Bartomeu Julià, notari, pel discret Joan Antoni Forsimanya, notari escrivà major i secretari de la R.A., feta el 03/07/1602.

*El Rey e per sa magestad lo lloctinent general etc. Balles de Sancta Margarita y Muro y sos llochinent. Lo amat de sa magestad Honofre Çaforteza, procurador de don Pedro Ramon Çaforteza, son germà, señor de las cavalleries de Sancta Margarita y Hero, de Maria, de Alcudiola, de Castellet, de Tanca y lo Puig blanch nos ha feta ostencio de diverses lletres presidals provehides per lo tunch lloctinent general Joan Aymarich a XVIII de mars MDII com per altres predecessors y successors de aquell per execució de reals privilegis concedits per los serenissims Reys a la jurisdicció de dites cavalleries, per las quals appar que dit Sr. de dites cavallarias esta en possessió entre altres coses de que totes les causes que.s tracten per qualsevol raho entre los súbdits a dites cavallarias se han de tractar devant lo Balle, jutge y cort de aquelles, y també que totes les execucions*

*per qualsevol causa o contracte ques fan contre los habitadors en dites cavallarias y quantre qualsevols bens situats dins aquelles se an de fer y se fan per lo Balle, jutge, escriva y cort de dites cavallarias, encare que lo deutor haie renuntiat a son propri for, y perquè are segons som informats se han fet de manament nostre sequestres en bens de alguns feudataris y habitadors en dites cavallarias, y entre altres contra Margarita Canet, vídua de Joan Canet, o sos hereus, a instancia de la vidua dexada de Antoni Canet qm, y contra de Gabriel Mulet a instancia de la vidua Capona, lo que fer nos devia ni es estat de nostra intenció per ço que entenem conservar lo dit señor en la possessió de la jurisdicció de dites cavallerías en que esta y per ço som estats suplicats per dit Çaforteza de oportu remey y nos, vistes les dites lletres reals y presidals per execucio de provisió an elles havem manat despedir les presents ab tenor de les quals remetem dits sequestres al balle, jutge y cort de dites cavallerías e a vosaltres diem y manam en pena de doscentes lliures al fisch real aplicadores que dits sequestres y altres qualsevols que forçan saran fets ab les causes y pars remeteu encontinent al balle, jutge y escriva y cort de dites cavallerías, mantenint y conservant segons nos ab tenor de les presens manam a ser conservat dit señor de dites cavallerías en dita possessió de juridicció de aquelles y guardant y conservant la precalendada lletra del dit Joan Aymerich, e per res no fassau lo contrari si en dita pena desitjau no incorrer. Data en Mallorca a dos de octubre MDCVIII. Don Joan Vilaragut. Vedit Villar.*

*Don Philip, per la gracia de Deu Rey de Castella, de Arago, de Mallorca y per sa magestad don Carlos Coloma, cavaller de los de y milicia de Sant Jaume de la Spasa, mestre de camp en los estats de Flandes, del consell de la prefata Real Magestad, y per aquella lloctinent y capita general en lo present Regne de Mallorca e illes adjacents, als amats de Sa Magestad los Balles y vaguers reals de la present ciutat y los de las viles y parroquias foranes del present Regne, alguatzirs y porters reals y altres qualsevols oficials maiors y menors y ministres de justícia, notaris y escrivans qualsevols sien y de qualsevol cort y tribunal, y senyaladament als balles de Muro y Sancta Margarita, y a tots sengles personnes constituidas en lo present Regne, saluts. Per quant lo amat de sa magestad Honofre Forteza, procurador general de Don Pere Ramon Çaforteza, señor de les cavallerías de Sancta Margarita, de Hero, de Maria, de Alcudiola, de Castellet, de Tanca y lo Puig blanch nos ha exposat y fet constar per provisió de don Joan Aymarich, tunch lloctinent y capita general en aquest Regne, tenint per aço especial comissió de sa magestad el Sr. Rey don Ferrando, jaquint lo contingut als predecessors del dit don Pere Ramon per los serenissims señors Reys predecessors de sa magestad ab diversos*

*privilegis reals dels quals nos ha fet ostencio, feta sots a XVIII de mars del any MDII sobre la declaració de la juridictio competent al señor de dites cavalleries, y per lletres executorials de dita provisió y per moltes altres viceregias dels successors lloctinents y capitans generals an aquest Regne, que esta en pacifica y continua possessió de ultra de cent anys y immemorial de que totes les causes criminals usque ad sanguinis efucionem y totes les civils que tracten per qualsevol raho los subdits y declinats a dites cavalleries se han de tractar devant lo balle y jutge major de dites cavalleries, y també que totes les execucions per a qualsevol causa o contra ques fa contra qualsevol habitador en ditas cavallarias o contra qualsevols bens situats dins lo districte de dites cavalleries se na de fer y fan per medi del escriva y balle y cort de ditas cavalleries, encara que les execucions sien provehides y manades de nos o altres qualsevols jutges, corts o tribunals del present Regne, no obstant que los debtors haien renunciat a son propri for. Per tant, a suplicació del dit Honofre Çaforteza en dit nom havem manat expedir les presents nostres lletres de manutenencia real ab tenor de las quals vos diem y manam a quiscu que adimplint la dita provisió y lletres del dit don Joan Aymarich, y les presents, observant aquelles y estos mantengau y conserveu al dit don Pere Ramon Çaforteza y als seus successors en ditas cavalleries en la dita possessió de la dita juridictio y no permeteu sien molestats ni inquietat o pertorbat en aquella ni consentigau sie contrafet en cosa alguna, immo li donereu tot consell, fevor y auxili necessari circa dita juridictio segons que nos ab les presents mantenim y conservam aquells en dita juridictio; y si acas se faran fets o se feran alguns sequestres o executions contra los habitadors en dites cavalleries o bens situats en lo districte de aquelles sens preiudici de las penes ia imposades, manam que en continent sia tot ab les pars y escriptures remes al balle, jutge y cort de dites cavalleries, guardant se de fer lo contrari per qualsevol causa o raho si la gratia regia tenen chara y la pena de doscentes lliures franques al cofres reals aplicadores que a cada un contrafahent per cada vagada que sera contrafet ab les presents imposam desitjauuitar. Data en Mallorca a VIII de janer MDCXIII (08/01/1614). Don Carlos Coloma, Vudit don Joseph de Mur, de manament del secretari Joan Antoni Forsimany.*

*Don Philip etc. És una provisió semblant a l'anterior, signada per D. Francisco Joan de Torres, cavaller de l'orde i milícia de Sant Jaume de l'Espasa, alcaid del Palau Reial de València, conseller del consell del regne de Nàpols, comanador de Muzeros, lloctinent i capità general del regne de Mallorca, datada a Mallorca el 28/01/1618.*

*El Rey per sa magestad lo lloctinent general etc. Balle de Sancta Margarita, a nos se ha recorregut per part del noble don Pere Ramon Çaforteza, señor de les cavalleries*

*de aquexa vila, dient que les execucions ques fan per la provisió del forment que se ha repartit se ha determinat ques fassen per vostre cort, fent li notable agravi per tocar dites execucions a la sua jurisdicció; per so nos ha supplicat de les presents ab les quals vos diem e manam en pena de CC lliures al fisch real applicadoras quel mentangau en la jurisdicció conforme les lletres de manutenencia per nos despechades a XXVII de juliol mes proppassat e per res no fareu lo contrari si dita pena cuitar desitjau. Data en Mallorca a sinch de desembre MDCXVIII. Don Joseph de Mur.* El batle contesta que estich prompte en obeir los manaments de vostra señoria illustrissima de la primera fins a la derrera. Fet a VIII de desembre MDCXVIII.

*Noverint universi quod anno a Nativitate Domini millesimo quingentessimo sexagesimo quarto die autem tercia mensis octubris intitulata, coram Illustrissimo domino Joanni de Urries, locumtenente in capitaneo generali presens Regni Maioricarum, comparuit magnifici Petrus Raymundus Çaforteza, domicellus Maioricarum, presentavit legique et intimari requisivit sive illustrissi dominationi quoddam regium privilegium pergamineum manibus domini nostri Regis et dominorum regentium de consilio regio subsignatum sigilloque regio comuni cum vetis cirici rubei croceique collorum impendenti aliisque solemnitatibus more regie curie munitum, tenoris sequentis: Nos, Philipus, Dei gratie rex Castelle, Aragonum, utriusque Cicilie, Hierusalem, Ungrie, Dalmacie, Croatie, Legionis, Navarre, Granate, Toleti, Valencie, Galecie, Maioricarum, Hispalis, Sardinia, Corduba, Murcie, Giennis, Alcharbie, Algesire, Gibraltaris, insularum Canarie, nec non insularum Indiarum et terre firme maris oceanii, arcidux Austria, dux Burgundie, Brabantie et Meiolani, comes Barchinone, Flandrie et Tirolis, dominus Viscaye et Moline, dux Atenarum et Neopatrie, comes Rossilionis et Ceritanie, marchio constani et hoceani et si eaque excessa sunt a serenissimis regibus predecessoribus nostris ita rata sunt ut nullo firmitate indigeant, eadem tamen nostra confirmatione munita estabiliora ubique sunt et formiora. Quare cum fidelis nobis dilectus Petrus Raymundus Forteza, domicellus ex civitate Maioricarum oriundus, exhibuerit nobis et in sacro supremo consilio nostro in forma altentica quedam privilegia serenissimorum regum Jacobi et Alfonsii immortalis memorie, predecessoribus nostrorum maioribus suis et sibi concessa tenoris huismodi:*

*In Dei nomine pateat universi quod nos Alfonsius Dei gratia rex Aragonum, Sicilie, Valentie, Maioricarum, Sardinie et Corcice, comes Barchinone, dux Atenarum et Neopatrie ac etiam comes Rocilionis et Ceritanie, attendentes nos et illustres predecessores nostros reges Aragonum obsequiis et serviceis tan de dignis per vos*

*dilectum Nostrum Raymundum Çaforteza, militem, in civitate et regno Maioricarum domiliatum et predecessores vestros dictis illustribus predecessoribus nostris nostreque successive magestati prestitis et impensis dedisse et gracie concessisse vobis eidem Raymundo et vestris perpetuum iusticias et iurisdictionem alchariis, parrochiis, possessionibus et hereditatibus vestris infrascriptis alia nostra cum carta serici sequentis:*

*Pateat universi quod nos, Alfonsus, Dei gratia rex Aragonum etc. exhibito nobis per vos dilectum nostrum Raymundum Çaforteza militem civitatis Maioricarum et viso quodam originali privilegio serenissimi domini Regis Jacobi predecessoris nostri gloriose memorie continentis subsequentis:*

*Noverint universi quod coram nobis, Jacobo, Dei gratia rege Maioricarum, comite Rossilionis et Ceritanie et domino Montis Pesulani, proposuit supplicando Franciscus Arnaldi de Insula, domicellus, quod quidam catulus dilamaverat quoddam privilegium casu inopinato, quod nobis exhibuit, sigillo adhuc pendente in illo principis illustris domini Jacobi, clare memorie regis Maioricarum, avi nostri, supplicans ut illud sub eodem tenore mandaremus et renovari ac tradi sub nostri sigillo. Nos, intendens quod per hoc accreseret vel decreseret ei jus in proprietate vel possessione contentor in privilegio ipso cuius serie subsequitur in hoc verbis.*

*Noverint universi quod nos, Jacobus, Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montis Pesulani, volentes militibus in Regno Maioricarum habitantibus, et aliis qui servicia equorum armatorum pro defensione regni Maioricarum tenentur facere et habere pro possessionibus et onoribus quos habent in dicto Regno gratiam facere specialem, idcirco per nos et nostros damus et concedimus vobis Berangario Arnaldi de Insula, militi, et vestris successoribus in eternum omnes justicias civiles tantum in alcariis vocatis Sancta Margarita, Hero et in raffallis vocatis Baxachdiria et Reboster et in rafallo den Castello quem tenet quidam vocatus Colomericis; que alcaria et raffalli sunt in parrochia Sancte Margarite de Muro in insula Marioricarum, in porcione seu partita nobilis comitis Empuriarum, et in omnibus terminis et pertinentiis dictarum alchariarum et rafallorum et in hominibus et feminis ibidem habitantibus et habitatoribus presentibus et futuris, rectam justiciam criminalem scilicet cognitionem et punitionem bannorum gladii astricti vel abstrahendi sine deliberatione et non deliberata mente, et furtum domesticorum commissorum et commitendorum in dictis locis pro ut vobis sunt dicta loca submissa vestra, ac etiam banni impositi vel imponendi in vineis, hortis et campis ratione fructuum, et quod possitis*

*capere predictos malefactores delinquentes in predictis criminibus tantum et captos detinere et incarcерare et eos punire ad notitiam judicis vestri, ut de iure seu consuetudine fuerint puniendi, predictas penas pecuniarias impositas et imponendas moderate tamen, pro predictis bannis recipere et habere. Item concedimus vobis et vestris quod possitis impune capere omnes malefactores et delinquentes in aliis criminibus in predictis locis et terminis eorundem, et eisdem captus teneamini in continenti et quam citius potentis mittere et tradere nostre curie et successores nostrorum vel curie eius magnati ad quem pertinet puniendos. Predictam autem concessionem quam vobis, dicto Barangario Arnaldi de Insula facimus de predictis, facimus ideo vos et vestri tenetis et tenere debetis in feudum ad omnino comite et suis predictas alcarias et rafalos cum terminis et pertinentiis suis et deinde facere et tenere unum equum armatum ad servitium dicti comittis et ad defensionem scilicet dicti regni Maioricarum et quia dicte alcarie et raffalli sunt de feudo quid dictus comes et sui predecessores tenuerunt et ipse comes tenet pro nobis in dicto regno Maioricarum. Retinemus tamen et excipimus de predicta donatione quam vobis facimus donationem tutelam et curarum restitutionem minorum in integrum et omniaque requiruntur et desiderant decreti interpositionem et recognitionem, et punitionem omnium et singulorum criminum et aliarum causarum civilium quem pertinent et pertinere possunt ad merum et mixtum imperium, quas nobis et nostris penitus retinemus. Retinemus etiam quod si homines Civitatis et villarum et locorum nostrorum committerent predicta furtiva domestica vel abstrahent gladios in dictis locis vestris, quod nos et successores nostri ac curia nostra puniat ipsos inde et non vos neque vestri. Item retinemus quod si vos vel baiulus vestri essetis remissi vel negligentes in reddenda et servanda iusticia in predictis vobis concessis, quod nos et successores nostri et curia nostra possint in continentis cognoscere de predictis videlicet in illis casibus tamen in quibus negligentes fueritis et remissi. Item retinemus quod si vos vel aliqui homines dictorum locorum nostrorum pro vobis seu vestris eritis vel fueritis sive sint vel erunt principaliter vel secundario obligati quibuscumque personis, nos et successores nostri ac baiulus noster et successorum nostrorum vel quilibet alias baro seu capdilis sub cuius iurisdictione fuerint possint vos et vestros et dictos homines pro vobis seu vestris obligatis compellere ad soluendum debita et alia ad quem obligati eritis vel fueritis, non obstante presenti concessione vestra. Item retinemus quod curia nostra possit vos et vestros homines habitantes in dictis locis vestris compellere ad soluendum debita contracta in Civitate Maioricarum vel aliis villis et locis nostris, si in eisdem reperti fuerint et ibidem conveniantur et etiam in dicta Civitate sibi inveniantur ubicunque contraxerint.*

*Mandantes tenenti locum nostrum in Maioricarum, baiulii, vicariis, judicibus et universis aliis judicibus nostris presentibus et futuris quod predictam concessionem nostram firmam habeant et observent ut superius continetur et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Et ad maiorem firmitatem et testimonium predictorum presens instrumentum sigillo nostro pendenti jussimus communiri. Datum Maioricarum octava idus iunii anno Domini millessimo tricentessimo primo. Signum Jacobi, Dei gratia regis Maioricarum, comittis Rossilionis et Ceritanie et domini Montis Pesulani. Testes sunt nobiles Raymundus de Caneto, domicellus, Jacobus de Muredine, Berengarius de Calidis, milites, Berengarius de Ulmis, miles, et Jacobus Castelli, judex dicto domini regis.*

*Nos igitur, Jacobus, Dei gratia rex Maioricarum, iamdicte supplicationi dicti Francisci Arnaldi annuentes benigne, privilegium supradictum sub nostro sigillo pendenti eidem dari jussimus atque tradi, et easdem vices illud et contenta predicta in eo habere volumus, quas et primum per hec tamen nolumus nec intendimus aliquod ius in et super eisdem accrescere vel decrescere dicto Francisco Arnaldi vel successoribus quod ad eorum possessionum vel proprietatem. Acta sunt hec in camara consilii castri regii Civitatis Maioricarum tercia nonas iunii anno Domini millessimo tricentessimo secundo. Testes huius rei sunt venerabiles in Christo patres Guido Maioricarum et Berangarius Elnensis episcopus, Berengarius de Petra Pertuza, miles, Guillermus Murelli, decanus Barchinonensis, Andreas Guittori, scriptor rationis, et Jacobus Scuderii, notarius, omnes consiliarii dicti domini regis. Signum mei, Bernardi Villanova de Perpiniano, notarii publici auctoritate domini regis Maioricarum illustris ubique terranum dominationi sue subiecte, qui ipsis mandato hec scribi feci et clausi.*

*Fuit nostro culmini humiliter supplicatum ut cum vos, dictus Raymundus Çaforteza, pretextu preincerti privilegio, habeatis et possideatis tres cabellarias in parrochia Sancte Margarite de Muro, appellatas de Sancta Margarita de Muro, de Hero y de Maria cum retentionibus in eodem expressis subscriptam gratiam impartiri vobis ex munificencia regia dignaremur. Nos enim ad grata satis et accepta servitia per vos et vestros predecessores nostris maioribus et nobis successive collata que quam confertis ad presens et collationem speramus in ante annuente domino propterea debitum habentes respectum ad alias. Volentes propterea et aliis etiam rationibus animum nostrum inducentibus gratiam vobis facere specialem, tenore presentis carte nostre gratie et de nostra certa scientia et expresse omnes et quascumque retentiones et conditiones in preincerta carta nominatum expressas que ad dictas tres cavallarias et seu quatenus vos*

*tangunt tollimus, auferimus, excipimus et delemus ac etiam abolemus ex nostra regie plenitudine potestatis ita quod dictas tres cavallarias et pertinentias earumdem ac plenam et liberam jurisdiccionem civilem in eis cum insidentibus et emergentibus in jurisdiccione civili super habitantes et habitaturos in eisdem caballariis et bonis eorum absque retentionibus et conditionibus memoratis habere, tenere et posidere a modo ut predictitur, volentes ac si in privilegio apposite non fuissent et hoc sine aliqua interpretatione prout melius et utilius dici et intelligi possit ad utilitatem vestri et vestrorum dicti Raymundi. Mandantes serie cum presenti gubernatori nostro generali eiusque vici gerenti in regno Maioricarum Procuratori Regio, Baiulis, Juratis et ceteris oficialibus subditis nostris in regno eodem ipsosque officialium locatenentibus presentibus et futuris sub nostra ira incursu penaque quinque milium florenorum quarum abolitionem, exceptionum et retentionum predictarum et alias gratiam nostram huiusmodi vobis et vestrис ut dictum est teneant firmiter et observent et contra non faciant seu veniant quavis causa, immo consilium et favorem tribuant quotiens fuerint requisiti eisdem et eorum singulis cum presenti attentandi contrarium premissorum potestatem omnimodam abduantes in quorum fidem et testimonium presentem fieri jussimus nostro sigillo minori, cum alia sigilla maiori non habeamus in promptum pendenti munitam. Datum Maioricis prima die iunii anno a nativitate Domini millesimo quadragecentessimo vicesimo, regni nostri quinto. Signum Alfonsi, Dei gratia regis Aragonum, Scicilie, Valentie, Maiorice, Sardinie, comitis Barchinone, ducis Atthenarum et Neopatrie ac etiam comitis Rossilionis et Ceritanie. Testes sunt frater Romeus magister Beate Marie de Montezia, Bernardus de Santilles, Raymundus de Perilionis, Olfuz de Proxida et Joannes Ferdinandi Heredia, milites. Signum meum Francisci Domingo secretarii domini Regis predicti que de ipsius mandato predicta scribi, feci et clausi, etc.*

*Et quia pro parte vestra, dicti Raymundi Çaforteza, fuit magestati nostre humiliter supplicatum et cum vos certis justis titulis ut assentur habeatis et possideatis non nullas alias alcarias sive caballarias vocatas Castellet et Alcudiola scitas in dicta parrochia Sancte Margarite de Muro regni predicti, que precontentis alcariis et possessionibus vestrīs in dicta provisione insertis coniuncte existunt, dignaremur de nostra solita clemencia grātiā nostrā īpartiri subscriptam. Nos enim vobis dicto Raymundo Çaforteza preincertam grātiā ampliantes tanquem benemerito et condigno tenore presentis carte nostre, cunctis temporibus firmiter valitura, gratis et ex certa sciencia ac spontanea voluntate per nos et nostros damus et concedimus grātiose vobis dicto Raymundo Çaforteza et vestrīs et quibus volueritis prepetuo in alcariis vocatis Castellet*

*et Alcudiola supradictis que dicuntur esse vestri dicti Raymundi et eorum terminis, etiam in hominibus et feminibus habitantibus et habitaturis in eisdem terminis et bonis eorum, omnem illam plenam et integrum jurisdictionem et illius liberum exercitium quam et quos in aliis alcareis in proxima inserta confessione insertis et specificatis vos habeatis et habere debetis ac si et pro ut melius usus fuistis usque quoque. Mandantes per hanc carta firmiter et expresse gubernatori dicti Maioricarum regni eiusque locumtenenti, Procuratori Regio, vicariis, subvicariis, baiulis, subbaiulis ceterisque universis et singulis officialibus et subditis nostris in civitate et regno Maioricarum predicto ubilibet constitutis et dictorum officialium locatenentibus presentibus et futuris sub nostre gratie et mercedis obtentu nostreque ira et indignationis incursu ac pena duorum milium florenorum auri de bonis cuiuslibet contrafacentis irremissibiliter exigendorum nostroque applicandorum errario quorum donationem et concessionem et ampliationem nostras huiusmodi et omnia et singula precontenta vobis dicto Raymundo et vestris ac quibus perpetuo volueritis teneant firmiter et observent tenerique et observari faciant inviolabiliter per quoscumque et nullatenus contraveniant, aut aliquem contravenir finant aliqua ratione vel causa quoniam eis et cuilibet eorum ad cauthelam oppositum per agendi auferimus omnimodam facultatem serie cum presenti in cuius rei testimonium presentem fieri et sigillo nostro comuni impendenti jussimus communiri. Datum Barchinone die octava augusti anno a nativitate Domini millesimo quadragecentessimo tricesimo primo, regni nostri sextodecimo. Signum Alfonsii, Dei gratia regis Aragonum, Scicilie, Vallencie, Maioricarum, Sardinie et Corcice, comitis Rossilionis, ducis Atthenarum et Neopatrie ac etiam comitis Rocilionis et Ceritanie. Testes sunt dominus archiepiscopus Cesaraugusta, cancellarius, Arnaldus Rogerii comes Pollarum, Bernardus Joannes de Capraria comes de Modica, Jones Luppi de Gurrea gubernator regni Aragonum et Gancerandus de Requesens baiulus generali Cathalonie, milites consiliarii dicti domini regis. Signum mei Arnaldi Fonolleda illustrissimi domini regis eiusque auctoritate notarii publici per totam terram et dominationem suam, qui mandato regio mihi facto ad relationem multum honorem Joannes Alzina ipsius domini regis secretarii mandatum inferius aponentis suisque loco et vice propter occupationem aliorum arduorum negociorum quibus detinetur implicitus huiusmodi cartam seu privilegium clausi, etc.*

*Cunque supradictus Petrus Raymundus Fortesa nobis humiliter supplicavit ut supra incerta privilegia omniaque et singula in eis contenta sibi ratificate et confirmate benigne dignaremur, nos vero consideratis predecessorum suorum servitiis serenissimis*

*regibus maioribus nostris fide et cura summa exhibitis queque ipse invictissimo et potentissimo principi Carolo quinto romanorum imperatori memorie immortalis, patri nostro colendissimo, prestitit supplicibusque precibus eius adductis iam dicta preincerta privilegia de nostra solita benignitate confirmari dignati sumus qua propter tenere presentium de nostra certa sciencia et auctoritate deliberate et consulto supradicto Petro Raymundo Forteza eiusque heredibus et successoribus preinserta privilegia omniaque et singula iuris contenta cum omnibus suis punitis suis et articulis juxta eorum seriem et tenorem a prima linea usque ad ultimam laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus nostreque huiusmodi laudationis, approbationis, ratificationis et confirmationis munimine ac presidio roboramus et validamus prout melius et plenius actenus usus fuit atque impresentiarum est in possessione serenissimo propterea Carolo principi Attenarum et Gerunde, ducique Calabrie, filio primo genitori nostro charissimo ac post felries et longeves dies nostros in omnibus regnis et dominiis nostris Deo propicio inmediato heredi et legitimo successori nostrum intentum apperientes sub paterne benedictionis obtentu dicimus atque rogamus spectabili vero nobilibus magnificis dilectisque consiliarii et fidelibus nostris locumtenenti et capitaneo generali nostro regenti cancellarium, Procuratori regio, vicario, baiulo, juratis et universitati dicte civitatis et regni Maioricarum cetensque demum universis et singulis officialibus et subditis nostris et dictis civitate et regno constitutis et constituendis et eorum locatenentibus ad quos spectet presentibus et futuris dicimus, percipimus et jubemus adincursum nostre indignationis et ire peneque florenorum auri Aragonis mille a bonis cuiuslibet contrafacentes irremisibiliter exhigendorum et nostris erariis inferendorum huiusmodi nostrum graciā, laudationem, approbationem, ratificationem et omnia et singula in ea contenta juxta illius finem et tenorem habeant, teneant et observent firmiter haberique, teneri et observari inviolabiliter per quoscumque faciant et non contrafaciant vel veniant nec aliquem contrafacere vel venire premittant ratione aliqua sive causa si preter dicte nostre indignationis et ire incursum penam prepositam cupiunt quitare, in cuius rei testimonium presentes fieri jussimus nostro communi sigillo inpendenti munitas. Datum in civitate Barchinone die vigessime mensis martii anno a nativitate Domini millesimo quingentessimo sexagesimo quarto, regnum autem nostrorum videlicet citerioris Scicilie anno undecimo Hispaniarum ulterioris Scilie et aliorum nono. Yo el Rey. Visit don Bernardus vicecancellerius i altres. Fou copiada en el registre de Lletres Reials de l'arxiu de la Reial Audiència per Antoni Sociès, notari i secretari in quorum*

*fidem hic appositum regium sigillum die autem undecima mensis februarii anno a nativitate Domini millesimo quingentessimo nonagesimo nono.*

*Quodquidem privilegium regium fuit postea confirmatum per regiam magestatem domini nostri regis Philippi tercii suo mediante regio privilegio dato in opido Madriti die vigessima octava februarii millesimi sexcentessimi octavi.*

*Et signanter de precedentia Baiulo Regio ville predicte Sante Margarite appareat per privilegium domini regis Ferdinandi quod est tenoris sequentis: Noverint universi quod anno a nativitate Domini millesimo quingentessimo primo die autem sabbati sexta decima mensis octobris coram nobili et magnifico domino Gregorio Burgues, procuratore in Regno Maioricarum personaliter existente in officio regis procuracyonis Maioricarum, comparuit infrascriptus magnificus Raymundus Çaforteza, domicellus de Maioricis, et presentavit eidem legi et intimari requisivit et fecit per mi Antonium Mir, notarium, unum ex notariis et scribis officii Regis procuracyonis Maioricarum, quandam pattentem regiam provissionem manu serenissimi doini nostri Regis firmatam et sigillo comuni sue regie curie in illius dorso sigillatam, tenoris sequentis, presentibus pro testibus vocatis et asumptis discretis Antonio Morro et Matheo Moranta, notariis: Ferdinandus, Dei gratia rex Castille, Aragonum etc. spectabili et nobili magnificis dilectisque consiliariis et fidelibus nostris locumtenenti generali nostro Procuracioni regio, vicario et baiulo Maioricarum ceterisque universis et singulis officialibus et judicibus ad quos spectet et infrascripta pertineat in dicto Maioricarum regno constitutis et constituendis et eorum locumtenantibus, salutem et dilectionem. Pro parte dilecti Raymundi Çaforteza domicelli cuius esse dicitur dominum utile et possessio caballiarum Sante Margarite de Muro, de Hero et de Maria fuit coram nobis humiliter deductum et expositum quod ipso ut dominus predictarum caballiarum existente in possessione precedendi Baiulum nostrum dicte parrochie Santa Margarite et suo Baiulo precedendi juratos ipsius parrochie, a vobis dicto locumtenenti generali nostro fuit emanata litera quidam data in villa de Sineu XV<sup>a</sup> die mensis iulii de anno millesimo quadragecentessimo nonagesimo tertio per quam fuit provisum quod dictus Baiulus ville seu parrochie Sante Margarite non permitteret nech daret locum ut eidem exponens cum precederet pro ut hec et alia in dicta litera dicuntur contineri; et quod sentiendo se a dicta precalodata vestra litera valde gravatum, habuit ad vos recursum postquam on nullas disceptationes et actitato quodam processu quandam in sui favore et contra dictum baiulum et fiscum nostris obtinuit sententiam in et cum qua de consilio Pontii de Ornos, regentis nostram cancellariam, et cum interventu nostri advocati fiscalis declaratis*

*dictum Raymundum in dicta pocessione fore et esse conservandum non obstante litera precalendata, per quam sine juris cognitione et eo in auditio non possuit legitime sua pocessione privari dictis et allegatiis in contrarium minime obstantibus fiscoque nostro in proprietate jus reservatis pro ut in dicta sentencia que fuit lata et publicata die secunda mensis iunii anni millessimi quadringentessimi nonagessimi octavi de qua nobis fecit ostentionum continetur; quibus sich gestis ut pro parte dicti Raymundi Çaforteza affirmatur ob causam dicte reservationis juris in proprietate fisco nostro in dicta sentencia opposite ipsa cotidie vexatur et molestatur in dicta sua pocessione molestarique sperat si per nos debite super predictis pro sua indemnitate non provideretur. Quare nobis, humiliter supplicari fecit quod attentis predicta eius possessione et sentencia in eius favorem lata dignaremur providere et mandare cum in aliquo previa de causa non molestari immo siquid in expositum fuerit factum revocari et annullari. Nos, vero, dicta supplicatione benigne exaudita, ad predicta et ad grata plurimum et acceptata servitia per dictum Raymundum Çaforteza nobis prestita debitum habentes respectum tenore presentium motu nostro proprio et ex nostra certa sciencia sic providendum duximus vobisque et vestrum unicuique ad quem spectet dicimus et mandamus sub hire et indignationis nostre incursa penaque florenorum auri Aragonum mille nostris inferendorum erariis quatenus tenentes et inviolabiliter observantes dictum Raymundum Çaforteza in ea pocessione in qua erat precedendi dictum Baiulum parrochie Sante Margaritte de Muro et baiulum ipsius Raymundi precedendi dictos juratos ipsius vile et parrochie et per dictam sententiam fuit declaratum in aliquo contra cum non procedetis nech anentetis super dicta pocessione nech proprietate, immo si quid in preiuditium dicte sue pocessionis ob causam dicti juris in proprietate reservationis aut alias ad instantiam nostri fisci procesistis illud in continent et sine mora revocetis et ad primerum statum reducatis et contra eum in possessione nech proprietate non procedatis nech procedi permitatis, immo fisco nostro super omnibus silentium sempiternum imponatis pro ut nos de gratia speciali ex causis predictis et aliis in animum nostrum moventibus revocamus et reducimus dictoque fisco nostro silentium sempiternum imponimus huiusmodi tenore et contrarium non faciatis aut ea per quempiam fieri permitetis si preter ire et indignationis nostre incursum preapostam penam cupitis evitare auferentes quidem a vobis et altero vestrum ad cautrelam contrarium peragendi omnem cum nullitatis du ? potestate. Decernentes irritum et imane siquid in oppositum sunt factum. Dato in civitate Granate die XIV<sup>a</sup> mensis septembbris anno a nativitate Domini M° D° primo. Yo el Rey, etc.*

*Quaquidem patente regia provissoione presentata, lecta et intimatta, dictus nobilis Regis procurator, eius tenore auditio, recepta prius illa cum eis quibus decet reverentia et honore sacre Regis magestati promptum se obtulit firmiter obedire mandatis presentibus testibus jam dictis quodam regiarum officii regii patrimonii literarum libro anni 1509 recondito et reservato in archivo dicti regii patrimonii fuit huiusmodi litere regie copie presenti in his duobus papiri soleis contenta, extracta per me, Joannem Peres, notarium regium et patrimoniale archiverium die secunda mensis augusti 1620, in cuius fidem et testimonium presentibus me subcripsi sigillo dicti patrimonialis archivi munitis ut infra Joannes Peres notarius regius et patrimonialis archivarius, quare promisit et juravit ad dominum Deu et eis Santa quatuor Evangelia manibus suis corporalliter et sponte tacta quod nullum dolum neque fraude domino Regi et dictarum cavallariarum directo dominio committet, nech alium dominium seu dominos in dictis cabellariis cognoscet. Testes, magnifici Jacobus Rosiniol domicellus et magister rationalis officium regens, et doctor Matheus Augustinus Ferro thesaurarius regii patrimonii Maioricarum in quorum presentia firmavit et juravit (ARM. ECR-1148, f. 2r)*

## ECR- 1150

19 desembre 1601.- El Mgfc. Jordi Abri Dezcallar confessa tenir una cavalleria anomenada lo Palmer, situada a la parròquia de Campos; la qual cavalleria fou de porció de Nunyo Sanç qm, ara del rei, tinguda en feu del rei a costum de Barcelona i a servei d'un cavall armat i a mercè de lluïsme. Té la cavalleria *cum jurisdiccione civili et criminali hominum et seminarum habitantium et terratenentium ipsius cavallerie.* Afronta: Alqueria anomenada Colombar del denunciant = Alqueria que fou d'en Obrador i després fou d'en Pere Massot i d'en Vilardell, i amb l'alqueria que fou d'en Ferrer Ballester, i amb el rafal que fou de Berenguer Vives i l'hereu de Simó Letonis = Alqueria de Domènec Cortal = Rafal anomenat Rafal Paya = Possessió dita Las Salines = *Cum valle den Torrellas quam nunch possidet mag. Hieronimus Callar.*

Concessió de jurisdicció a la cavalleria del Palmer situada a la parròquia de Campos, l'any 1310, a mestre Jaume de Valariis, físic de Mallorca: *Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispesulani, volentes militibus in regno Marioricarum habitantibus et aliis qui servitia equorum armatorum pro deffensione dicti regni tenentur facere et habere pro*

*possessionibus et honoribus quos habent in dicto regno graciam specialem. Idcirco per nos et nostros damus et concedimus tibi magistro Jacobo de Valariis, phisico Maioricarum, et tuis successoribus perpetuo omnes justicias civiles tamen alcharea vocata Palmer et raffallis eisdem subjectis qui sunt in termino de Campos in insula Maiorice, in portione seu partita nostra que quondam fuit nobilis Nunonis Santii et in omnis terminis et pertinentiis dicte alcharee et raffallis et in hominibus et feminis ibi habitantibus et habitaturis presentibus et futuris. Et etiam justicias criminales scilicet cognitionem et punitionem bannorum gladii abstracti vel abstrahendi sine deliberatione et non deliberata mente et furorum domesticorum commissorum et comitendorum in dictis locis prout tibi sunt dicta loca submissa et tua, de etiam banni impositi vel imponendi ad vineis, ortis et campis ratione fructuum, et quod possis capere predictos malefactores delinquentes in predictis criminibus tantum et captos detinere et incarcerare et eosdem punire ad noticiam judicis tui ut de jure seu consuetudine fuerint puniendi, et predictas penas pecuniarias impositas et imponendas moderare tamen pro predictis bannis recipere et habere. Item concedimus tibi et tuis quod possis impune capere omnes malefactores et delinquentes in aliis criminibus in predictis locis et terminis eorumdem et eosdem captos teneatis incontinenti quod citius poteris mittere et tradere mee curie et successores nostros vel curie magnatorum ad quos pertineret puniendos. Predicta autem concessionem quam tibi, magistro Jacobo de Valariis phisico et tuis facimus de predictis facimus, ideo quia tu et tuis tenetis et tenere debetis in feudum a nobis et nostris successoribus predictam alchaream et raffallos cum terminis et pertinentiis suis et inde facere et tenere unum equum armatum ad servitium nostri et nostrorum successorum ad defensionem scilicet regni Marioricarum. Retinemus tamen et excipimus de predicta concessione nostra quam tibi facimus dationem tutellarum curarum et restitucionem minorum in integrum et omnia que requirunt et desiderant decreti interposicionem et cognitionem et punitionem omnium et singulorum criminum et aliarum causarum civilium que pertinent et pertinere possunt ad merum et mixtum imperium, quod nobis et nostris penitus retinemus. Retinemus etiam quod si homines Civitatis et villarum et locorum nostrorum et successores comitterent furta domestica vel abstraherent gladios in dictis locis tuis, quod nos et successores nostros sive curia nostra puniat ipsos inde et non tu neque tuis. Item retinemus quod si tu vel baiulus tuus essetis remissi vel negligentes in reddenda et servanda justitia in predictis tibi concessis, quod nos vel successores nostri et curia nostra possit incontinenti cognoscere de predictis videlicet in illis casibus tamen in quibus negligentes fueritis et remissi. Item retinemus quod si tu vel aliquis homines*

*dictorum locorum tuorum pro te seu tuis essent vel fuerint seu sunt vel erunt principaliter vel secundario obligati quibuscumque personis, nos et successores nostri ac bajulus noster et successorum nostrorum vel quilibet alii bajuli seu capdalie sub cuius jurisdictione fueritis seu bajulus dicti baronis seu capdalis possint te et tuos et dictos homines pro te et tuis obligatos compellere ad soluendum debita et alia ad que obligatis eritis et fuerint, non obstante presenti concessione nostra. Item retinemus quod curia nostra possit te et homines tuos habitantes in dictis locis tuis compellere ad soluendum debita contracta in Civitate Maiorice vel aliis villis et locis nostris si eiusdem reperti fuerint et ibidem convenientur et etiam in dicta Civitate si ibi inveniantur ubicumque contraxerint. Predicta autem concessionem tibi et tuis facimus et facere intendimus retento semper nobis et nostris jure si quod habemus in predictis locis ratione serviciis non prestitis et investiture non petite vel quarumcumque alie ratione contra te vel tuos vel bona tua. Et salvo jure nostrorum alieno. Mandantes tenantis locum nostrum in predicto regno Mariorice, vicariis, bajulis ceterisque officialibus nostris presentibus et futuris quod predictam concessionem nostram firmiter habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione. Et ad maiorem firmitatem et in testimonium predictorum presens instrumentum sigillo nostro pendenti jussimus communii. Datum et actum omnium in palatio regio quarta chalendas novembris anno domini millesimo trecentesimo decimo. Constat de rasura facta in tertia linea ubi dicitur de Campos et etiam in eadem ubi dicitur nostra que quondam fuit nobilis Nunonis Santii. Testes huius rei sunt Berengarius de Ulmis, Berengarius de Colle, milites, Jacobus de Muredine, Petrus de Aquafrida et Laurentius Plasense scriptor dicti domini regis. Ego, Laurencius Plasense, scriptor prefati domini nostri regis, ipsius mandato hanc cartam scribi feci et clausi et subsignavi in publico et solito signo.*

L'any 1601 posseïa aqueixa cavalleria el Mgfc. Jordi Abril Dezcollar, donzell de Mallorca, fill de Pere Abri Dezcollar, donzell. Aquest Pere feu testament el 04/07/1559 i tenia la cavalleria com a hereu universal del Mgfc. Pere Abri Dezcollar, donzell, avi seu, segons testament del 23/03/1540 i la capbrevà el 04/11/1516 (ECR-1146, f. 3r), i també fou capbrevada l'any 1389 en el llibre de magnats, foli 151; i aquest la tenia com a hereu de Pere Dezcollar segons testament de Nicolau Forns del 09/07/1414; i aquest la tenia per compra feta a Joan Morell, CM, segons instrument de l'escrivania reial del 14/03/1408; i dit Morell la tenia per compra feta a la cúria del batle de la Ciutat el 19/03/1406 (ARM. ECR-1150, f. 41r).

## **Lletres Reials**

### **LR-6**

4 noches abril 1321 (02/04/1321).- Carta del Sanç al seu lloctinent de Mallorca, Dalmau de Banyuls, referent al fet que els jurats i prohoms de Ciutat li havien exposat que es podria dessecar l'aigua del Prat de Catí per unes 1.500 lliures, des del pas anomenat d'En Segarra fins a la mar (ARM. LR-6, f. 92).

Nones març 1321 (07/03/1322).- Jaume de Santacília, cavaller, significa que Pere i Francesc Font, germans, compraren al noble comte d'Empúries una baronia que tenia en el regne de Mallorca, dins la qual el suplicant té una alqueria que tenia pel dit comte *ad servicium unius equi armati* i ara té dita alqueria i el dit servici per dits germans *quicquidem fratres metutur complere dictam supplicationem ad faciendum jus et firmandum in posse eorum seu curie et judicis eorumdem pro comissis per eum et aliis non obstant quadam graciam seu privilegio predecessoribus predicti supplicantis concessso per illustrem dominum bone memorie Jacobum genitorem vestrum, quod ipse suplicans nec sui pro comissis tenerentur facere nec firmare jus in posse alicuis ne in posse vestri domini Regis et vestre curie; et sic fuit predicto suplicant et jus predecessoribus observatum et nunquam fuit eis factum contrarium usque nunc. Et non est veri simile quod ipse suplicans qui miles est debebat facere jus in posse dictorum fratrum qui generosus non sunt set persone simplices et cives Maiorice nisi in posse vestri et vestre curie quod est paratus semper facere sine aliqua rebellitate. Quare Jacobus de Sancta Cecilia humiliter et devote exortat clemenciam decitudinis vestre quare placeat vobis non sustinere quod ipse Jacobus pro comissis per eum debeat nec teneatur firmare nec facere jus in posse dictorum fratrum nec in posse vestri et curie vestre dumtaxat. Et eis fratribus mandari et non compellant nec vexent propter eorum potentiam denunciatum dictum Jacobum ad firmandum nec jus faciendum coram ipsis et eisdem set (...) providendo dicto suplicant et suis consortibus militibus quibus predicti (...) de remedio opportuno, secundum quod vestre gracie menditer? videbitur fore faciendum.* En vista de la suplicació, el rei Sanç ordena al dilecte Dalmau de Banyuls, cavaller i lloctinent seu en el regne de Mallorca, que *Jacobus de Sancta Cecilia, miles noster fidelis*

*in nostri presencia constitutus obtulit nobis supplicationem quam micimus vobis inter presente inclusam, mandantes vobis quatenus vocatis Petro et Francischo de Fonte, fratribus, et aliis evocandis facere super contentus in ea breve et expiditum justicie complementum, omni malicia et injusto elongamento cessanti.* Data a Perpinyà, pridie calendas maig 1321 (ARM. LR-6, f. 103r).

## LR-63

22 maig 1452.- Davant el magnífic Arnau de Vilademanç, cavaller i conseller reial, compareix l'honorable Jaume Martí, conseller i secretari reial, i presenta un privilegi del rei Alfons datat a Nàpols el 13/01/1452, en el qual li adjudica la cavalleria d'Alacantí, vacant per resignació feta el dia d'avui pel magnífic i dilecte conseller nostre Francesc de Siscar, cavaller, vici-regent del ducat de Calabria del regne nostre de Sicília, que la tenia vitalícia; i demana que se li doni possessió. El dimarts, 29/08/1452, davant el magnífic Francesc d'Erill, capità i majordom, i Arnau de Vilamany de Blanes, cavallers consellers i lloctinent general del rei i regent la governació de Mallorca, compareix el discret Jaume Campfullós, notari, i presenta la següent petició: “Com lo honor mossèn Jacme Martí, secretari del molt alt senyor Rey tingue e pocehesca per concessió reyal una cavallaria appellada Laquanti (Alacantí), situada en lo Regne de Mallorca, en la parroquia de Muro a servey e prestació de hun quart de cavall armat en defensio del present regne de Mallorca, e tota vegauda que per lo dit senyor o altre en nom seu sia demanat e raquest segons llargament en les provisions e libre de cavalls armats registrades e continuades en la scrivania de la Governacio del present regne es contingut. Emperamordaço en Jacme Campfullós, notari de Mallorca, procurador del dit mossèn Jacme Martí ab los presents scrits denuncia a vosaltres molt noble e magnífics mossen Franci d'Erill e Arnau de Vilademanç de Blanes, lloctinents generals del dit senyor en lo present regnem que tota vegauda que per vosaltres o altre de vosaltres en nom del dir senyor sia necessari e demanat lo dit quart de cavall armat, que es hun home a peu, lo dit Jaucma Campfullós en lo dit nom lo dara en la forma acostumada, perquè lo dit Jacme Campfullós per haver memòria de les dites coses en sdevenir requer la present denunciació a vosaltres dits noble e magnifichs lloctinents generals esser lesta e intimada e a ell en lo dit nom esser feta publica una e moltes si necessari serà per lo notari present”. Els lloctinents generals creuen que l'home presentat, Blai Trobat, és suficient i accepten la petició. Finalment,

n'Arnau Vilademany remet una carta al batle de Muro notificant-li la concessió de la cavalleria a Jaume Martí i ordenant-li que el posi en possessió “durant sa vida e apres mort de aquell a l'hereu i successor seu”, haurà de respondre tal com ho han fet fins avui els altres posseïdors (ARM. LR-63, f. 250).

## LR-74

14 maig 1475.- Davant el magnífic Joan Dusay, doctor en ambdós drets, comparegué l'honor Antoni de Galiana, donzell de Mallorca i presentà i em feu llegir a mi, Blai Valero, notari i escrivà de la Governació de Mallorca, una provisió reial del sereníssim rei d'Aragó que diu així: Joan, per la gràcia de Déu rei d'Aragó etc., al governador de Mallorca. *Recolimus prioribus diebus dilecto et fideli nostro Anthonio de Galiana domicello in Civitate et Regno Maioricarum domiciliato suis exhigentibus meritis et suis heredibus et successoribus donasse perpetuo et concessisse in feudum honoratum medium Cavellariam vocatam Alpuda davall et dues Cavellarias quarum una vocatur Serella et altera Sancta Sirga sitas in termino de Manacor predicti nostri Regni, et aliam etiam Cavellariam sitam partim in termino de Porreres et partim in termino de Campos eiusdem Regni nuncupatam Carroqua, cum omnibus juribus et pertinenciis suis quas ante concessionem huiusmodi tenebat et possidebat dilectus et fidelis noster Ferrarius de Galiana, domicellus, prefati Anthonii pater, qui predictas tres Cavellarias et medium nobis pretendentibus propter varias de predictis Cavalleriis et de earum juribus et pertinenciis ac utilis dominii ipsarum alienaciones, impigneraciones, dimembraciones commutaret per partes diversi modo factas et per quam plures censualium imposiciones et oneraciones super illis et eorum alodio de facto in dictas illasque tendisse in comissum et comissi jure nobis et curie nostre fuisse adquisitas et aplicatas, volentibusque contra ipsum Ferrarium de Galiana pro reintegracione et conservacione nostri pheudalis dominii procedire prout leges et pheudorum consuetudines possunt et exigit bonam recognoscere fidem de omnibus ipsis plenarie certificatis per Petrum Sociis, minorem dierum habitatorem ville de Montuhiri, eius procuratoris, ad hoc plenam potestatem habentem renunciavit et nostre maiestati tanquam vero et alodiali dominio pheudi seu pheudorum predictorum sponte cesset et resignavit ad faciendum nostras omnimas voluntates de dictis tribus Cavellariis et*

*media, de quibus ut predictitur fecimus prefato Anthonio de Galiana dictam donacionem et concessionem, cumque de predicto seu predictis pheudis et beneficiis investimmo facultate sibi atributa quod pro reformacione et reintegracione dictarum trium cavalliarum et medie atque ut ille in illum statum et integritatem quibus prius fuerunt omnino restituantur feudumque nostrum predictum et res pheudales eiusdem melius valeant in integrum conservari possit et valeat sabioque liceat omnes et singulas alquerias, raphallos, domos, terras et possessiones ac omnia et singula membra, fructus, redditus et proventus dictarum Cavalliarum aut alicumque earum que nobis aut predecessoribus nostris irrequisitis et absque firma, fatica et consensu nostris vel laudimiis non solutis usque in diem predicte concessionis vendita, impignerata, onerata et obligata aut quovis alio titulo translata fuerint sive per viam comissi seu comissorum aut apersionis pheudi seu pheudorum sive per viam utilitatum ac resolucionum ipsarum impigneracionum, ypothecarum, obligacionum, censualium et aliorum onerum imposicionum super dictis rebus seu natura inalienabilibus et inobligabilibus factarum vel als prout iustitia sua debit aquibusius personis evocare, recuperare eas breveque personas ab inde expellere seu expelli facere atque illas restiruere et aplicare prout restitui volumus et subemus proprietati ipsius pheudi seu pheudorum dictarum trium cavalliarum et medie et omnia alia facere que nos in jura et actiones nobis seu curie nostre pertinentes seu pertinencia eidem cessimus facere poteramus ante huiusmodi concessionem prout latius et seriosus constat in provisione de et super huiusmodi donacione et concessione emanata dataque in Civitate nostra Gerunde die vicesima nona mensis ianuarii anno a nativitate Domini M° CCCC° LXX° V° presenti et infrascripto. Cumque prefatus Anthonius de Galiana cupiens predicta execucioni deduci maiestati nostre humiliter suplicaverit quatenus super hiis de opportuno remedio providere dignaremur, idcirco ipsius suplicationi benigne anuentes vobis cum probitatem et sinceritatem habemus comprobatas de nostri certa sciencia et consulte dicimus, precipimus et mandamus quatenus vice ad nomine nostris prefatum Anthonium a quem de premissis fiendis premisso sacramento et homagio in similibus prestari assueto investimmo in realem et corporalem possessionem dictarum trium Cavalliarum et medie mittatis seu et mitti et eidem de fructibus et redditibus earum responderi faciatis necnon ad ipsius dicti Anthonii seu procuratoris sui requisicionem vocatis vocandis super predictis reintegrationibus et rerum dismembratarum incorporationibus et censualium et alodium onerum expulsionibus ut in predicta nostra gracia et concessione ad quam nos referimus continetur, faciendis justiciam faciatis expeditam causasque lites quascumque*

*super hiis movendas debito sive terminetis et omnia contenta in dicta concessione execucioni deducatis et deduci omni no faciatis, Nos eidem super hiis omnibus et eorum incidentibus, emergentibus et connexis vobis quem ad hoc judicem deputamus et pro illo quem procurator nostri regius et feudorum nostrorum juxta nostras provisiones super reintegracione feudorum emanatas electurus et assignaturus esset vos in hoc casu assignamus et eligimus vices nostras plenarie comittimus per presentes per quas inhibentes quibusius judicibus seu jurisdiccionem excentibus in dicto regno mandamus quod de causis huiusmodi minime se intromittant sed illas et earum quamlibet ad vos remittant et contrarium minime facere presumant quare gracia nostra eis cara est et penam mille florenorum auri quam tali causa eos incurrere volumus cupiunt evitare. Data in villa Castilionis Impuriarum die vicesima mensis marci anno a nativitate Domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> V<sup>o</sup> (ARM. LR-74, f. 27).*

## **LR-75**

03 maig 1480.- Davant l'esperable i magnífic Àlvar Uniç, cavaller lloctinent del magnífic i espectable Blanes de Berenguer, lloctinent general del regne de Mallorca i Gabriel de Verí, Dr. en lleis, i del magnífic Joan Dusay, assessor, compareix el magnífic Melcior Thomas, donzell, en nom del magnífic Pere Caminyanes, cavaller i secretari reial, feu llegir i escriure un privilegi reial: Ferran, rei etc. pels serveis que ens heu fet vos, dilecte conseller i secretari nostre Pere Camannas, cavaller, pels quals vos volem recompensar, vos donam, concedim i assignem una cavalleria vulgarment dita de Alacantí situada a la parròquia de Muro, a l'illa de Mallorca, vacant per mort de Jaume Martí, abans secretari nostre, darrer possessor, que la tindreu *vita vestra durante* de la mateixa manera que la tingué del dit Martí. Donat a Toledo, 22/01/1480. (ARM. LR-75, f. 13).

## ***Protocols Notariais***

### **A-34**

18 juliol 1393.- Carta de Pere Carrera i Arnau Albertí, savis en dret, jutges de la Baronia, a Joan Villalonga, batle a Sóller de la Baronia, en la qual li diuen que en Blai de

Juny, mercader, ha comparegut davant ells mostrant una carta feta pel notari Andreu Plandolit el 22/08/1379 en la qual apareix que dit Blai comprà per via de canvi a l'honrat mossèn Ramon Burgues, cavaller, i a sa muller, per una vinya del dit Blai i certa quantitat de moneda, la meitat indivisa d'una Cavalleria dita de Santa Margalida de Muro i de Ero, situada a la vila de Santa Margarita des Colomes, i altres drets a aquelles pertanyents, com l'altra meitat sigui de l'honrat en Pere Safortesa, CM; la qual Cavalleria és tinguda sota jurisdicció de dita Baronia i amb càrrec i servei d'un cavall armat per los quals rep dita Cavalleria de la Baronia 60 quartans d'oli i 50 sous censals, dels quals 50 sous en rep dit Blai la meitat, i li són degudes des de que comprà dita meitat 17 lliures 10 sous. En conseqüència, manen al batle que pagui aquesta quantitat a dit Blai de Juny. L'escrivà de la Baronia, el notari Francesc de Canals, contesta que Joan de Villalonga és fora de Sóller (ARM. A-34, f.100).

## B-8

Sense data perquè és incomplet (31/07/1352).- Guillem Masdellani, fill de Guillem, qm, hereu dels seus béns, de 23 anys i sense curador, faig donació entre vius a Francesc Tender de Sóller d'una peça de terra, vinya i olivar amb un poc de garriga dita La Griona, que tinc per dret hereditari de mon pare en el terme de Mont Reyal, en porció que fou de Prebost de Solsone i ara de Ramon de Viridaria. Afronta: Possessió de Ramon Surdi i possessió de Guillem Climentis = Possessió de Jaume Oliver i possessió de Pere (no continua) (ARM. PN. B-8. f. 90).

## B-21

Pridie nones desembre 1350 (04/12/1350).- Arnau Linars morí deixant testament en poder de Pere Jofre del 14 calendes juny 1348 en el que instituïa hereu els seus fills i, en cas de morir, manava distribuir els seus béns entre donzelles a maridar i pobres vergonyants, cosa que ocorregué, ara nosaltres, Jaume de Merola, Perot Stephani, Ramon Mieres i Jaume Alou, jurats, per fer front als deutes de l'heretat, venem perpètuament a Domènec Peralta com a més donant a l'encant públic unes cases amb corral situades a la vila de Sóller, en porció del prebost de Solsona, que ara és de Ramon de Viridaria. Afronta: Via pública = Hospici dels hereus de Jaume Gilaberti = Possessió dels hereus

den Terros i “*in quadam androna que ibi est*” = Hospici dels hereus de Francesc Solanes. Tinguda sota jurisdicció, directe domini i alou de dit Viridaria i a cens de 16 sous per Tots Sants. Per 6 lliures 10 sous. Tindreu empriu a l’androna esmentada. Salvo domini, fadiga, lluïsme, cens i altre dret al Viridaria (ARM. PN. B-21, f.80).

## C-36

10 octubre 1369.- Jaume de Puig, prevere, i Pere Caparó de l’alqueria del Comte, compren el delme de la Cavalleria de Vernissa d'Alcúdia per 55 lliures; i el delme del blat reial i bisbal de Sóller i de la Baronia, i de la Seu de Girona, per 55 lliures (ARM. C-36, f.118).

## G-45

23 febrer 1357.- *Comparuit frater Nicholaus Petri comendator domus redemptionis captivorum in Maioricarum faceor et recognosco in posse vestra discreti Castilionis Bleda presbiteri procuratoris reverendi domini Episcopi et capituli Gerunde nomine quorum eorumdem stipulantis in nomine dicte domus tenere in feudum honoratum dictorum domini Episcopi et capituli et sub eorum dominio et jure diccione quandam alqueriam que in cartis vocatur Albureg in termino de Muro situatam quam dictus G. Dei gracia Episcopus quondam Gerunde donavit absque aliquo servicio dicte domui captivorum ut constat instrumento facto auctoritate Ollarii notarii domini Episcopi pridie idus iulii anno Domini M° CC° XXX° secundo quamque alqueriam nunc tenent pro dicta domo Michel Pagesii et R. Sot habitatoris de Muro prout in cartis continetur. Quare promito et juro ad sancta Dei Evangelia quod in predictis alium dominum non vocabo propter dictos dominum Episcopum et capitulum. Actum est hoc Maioricarum (ARM. PN. G-45, f. 63v).*

29 maig 1360.- Ramon de Sant Martí, donzell de Mallorca, reconec en poder de Ramon Alberti, prevere del capítol i paborde de Girona, procurador del bisbe i capítol de Girona, tenir en feu a costum de Barcelona per dita Seu la cavalleria situada i determinada a la vila i terme de Muro, amb cases, places, alqueries, rafals, terres ermes i llaurades i altres possessions i censos que els emfiteutes me fan per les seves possessions, i els

censos, sortides i agraris i el dret, domini i jurisdicció de tota dita porció. També confés tenir en dit feu el dret i domini d'aquella tinença de cases i hort contigu que Simó Guillem Surici té dins Ciutat de Mallorca, a la parròquia de S. Jaume, que confronten per dues parts en carreres públiques i per altra amb la riera de Ciutat i per altra amb un hospici que dit Simó té per dita Seu. Ítem el dret i domini d'una quarterada de terra que posseeix l'hereu de Simó Braxifort, cavaller, qm, en el terme de les Torres Lavaneres. Ítem 10 morabatins censals dels quals me'n fa cinc Guillem Mosqueroles de Sóller i els altres cinc (en blanc) per honors situats a Monteregali; els quals 10 morabatins els rep sense dret senyorial. Ítem tinc per dret i domini en el terme de la parròquia de Sóller la meitat del molí que dit Guillem Mosqueroles té, i l'altra meitat és del bisbe de Mallorca. Ítem el dret i domini d'una possessió situada a dita parròquia devora el terme de Monteregali, part de la qual la té Joan Ebrini i part Pere de Olives i altres emfiteutes; sobre el qual mig molí i possessions recapto certs censos per concessió en emfiteusi feta pels meus predecessors. I dita cavalleria la donà en feu el bisbe Guillem de Girona a costum de Barcelona a Guillem de Sancto Martino i als seus successors de manera que tinguessin un cavall i arma i guarnició de cos i cavall per defensar el regne de Mallorca per la partida del bisbe de Girona, i fer host per totes les illes Balears a costum de Barcelona, segons donació del 3 calendes febrer 1233 (30/01/1234) fet en poder del notari Bernat Esteva de Girona (ARM. PN. G-45, f. 99v).

29 maig 1360.- Francesc Serdoni, CM, reconec en poder de Ramon Alberti, prevere del capítol i paborde de Girona, procurador del bisbe i capítol de Girona, tenir i posseir en feu a costum de Barcelona per dita Seu de Girona la cavalleria situada i determinada en el terme de Muro, amb les alqueries, rafals, terres, vinyes i honors i altres possessions i amb els censos, sortides, agraris, foriscapis, lluïsmes, fadiges i amb el dret, domini i jurisdicció; en la qual cavalleria hi ha les possessions i els emfiteutes següents: Pere Serra, Bernat Dulcis, Pere Fuyani, Pere Riusech, Pere Carbonelli, Bernat Jacob, Guillem Martorelli, Pere Jacob, Francesc Floris, Pere Gisberti, Jaume Leopardi, Pere Roselli, Jaume Geraldí, Joan Gual, Pere Gual, Pere Boschi, Guillem Janerii, Folquet Goxati, Pere Fabregat, Pere Terriola i Pere Sentoliva; les quals possessions són adherents i conjunes. La tinc per successió de Bernat Cerdoni i dona Maimona sa muller, qm, avis meus; els quals la compraren a Fortanet Violeta i sa muller Ramona segons instrument del 13 calendes març 1292 (17/02/1293) fet en poder del notari Dalmau Moratoni. Ítem rep 20 quarteres d'ordi censals sobre un molí que *olim* fou de Pere de Pedrono situat a la

vall de Sóller. La tinc per la Seu de Girona en feu d'un cavall armat per defensar el regne de Mallorca amb cavall, arma i guarnició de cos i cavall per la partida de la Seu de Girona, i he de fer host per totes les illes Balears a costum de Barcelona (ARM. PN. G-45, f.100).

Divendres 14 març 1449.- Ramon de Sancto Martino i Gil de Sancto Martino, germans, donzells fills de l'honor Ramon de Sancto Martino, cavaller, qm, reconeixem per jurament en poder de l'honor Joan de Terrades, prevere del capítol de Girona i procurador del bisbe i capítol, que com hereus del nostre pare difunt tenim en feu a costum de Barcelona per dita Seu la porció de la cavalleria nostra situada i terminada a la vila i terme de Muro, amb cases, places, alqueries, rafals, hospicis, vinyes, honors i possessions i terres ermes i conrades, agraris i foriscapis, i amb tot el dret, domini i jurisdicció que tenim sobre els seus predis i possessions que posseeixen els emfiteutes que ometem. També tenim en feu el dret i domini d'aquella tinença de cases que estan dins Ciutat, a la parròquia de Sant Jaume posseïdes per varis emfiteutes i que confronten: *Rriaria discurrente per dictam Civitatem juxta pontem ipsum riarie qui est juxta plateam Mercati = Via que tendit ad dictum pontem = Alia via que tendit ad vicum del Palmer antiquitus dictum* = Altres cases confrontants amb dita riera que són de la porció de dita Seu. Ítem el dret i domini d'una quarterada de terra que està en el terme de la Ciutat, en el lloc de les Torres Lavaneres. Ítem deu morabatins censals que rebem sobre certes possessions que són a la parròquia de Sóller, en el terme de Montreal, sense dret ni domini. Ítem el dret i domini de la mitat d'un molí situat a la parròquia de Sóller que abans fou de Guillem Mosqueroles, i l'altra mitat és del bisbe de Mallorca. I el dret i el domini d'una possessió situada a dita parròquia devora el terme de Monteregali, que ara tenen per nosaltres diversos emfiteutes per concessions en emfiteusi fetes pels nostres predecessors, dels quals i de dit molí rebem diversos censos. Ho tenim per donació en feu del bisbe Guillem de Girona a Guillem de Sancto Martino de manera que tingués cavall i armes i guarnició de cos i cavall en defensa del regne de Mallorca per la partida de la Seu de Girona i fer host i cavalcada per totes les illes Balears a costum de Barcelona, segons carta de donació del 3 calendes febrer 1233 (30/01/1234) en poder de Bernat Stefani, canonge i notari de Girona. Ramon i Gil de Sant Martí reconeixem tenir també en feu per dita Seu varis censals (que s'esmenten) sobre cases i possessions de Muro, que no podem justificar i que el propi Terrades ens ratifica en feu el dia d'avui. Gil de Sant Martí reconec tenir també en feu de la Seu de Girona 57 L. 4 s. censals sobre l'alqueria o rafal que Jaume Parera posseeix a la parròquia de Muro sota dita Seu, que l'establí el meu predecessor Ortiç de

